
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
9
8 A
3






# LOCORVM COMMVNIVM

aduersus huius temporis hæreses Enchiridion, autore Nicolao Herborñ Minoritano, apud Agrippinam Coloniam Ecclesiaste, nuper recognitum & locupletatum.

Tractatulus eiusdem, de notis, veræ ecclesiæ ab adultera dignoscendæ.

Eiusdem Methodus prædicandi uerbi diuini concionatoribus cum utilis, tum accomoda.

I. Petri montisaura

Anno M. D. XXIX.
Coloniæ. Apud P. Quentel.









ILLVSTRISSIMO DVCI
Iohanni Cliueñ. Iuliaceñ. ac Bergeñ. Comiti a Marcka & Rauensberg, F. Nicolaus Herborñ.
S.D.P.




.:.



Vi hactenus rempublicam splendide administrarunt IOHANNES ducum illustrissime, id curauere potissimum, vt religioni suus seruaretur honos, vtq; & gloria & dignitas eiusdem omnibus præstaret. Sic olim Moses, sic Iosue, sic Dauid, sic Solomon: ita deniq; omnes in vniuersum Israelitici populi moderatores, id in votis gesserunt, idq; factis præclarissimis re ipsa ostenderunt, vt demandatam dei legem, sancitas illas cerem onias, perque maiores & receptas & obseruatas, haudq; illaudatas consuetudines, ita seruarent, ita & augerent, (maluerunt enim augere, quam destruere dei cultum) vt ad se erãt propagatæ, vt a patribus religiose ac sancte instituta. Quorum exemplum non pauci ethnicorum, quanquam longo interuallo imitati sunt, apud Romanos, Athenienses, Aegyptios, Græcos, aliasq; a deo alienas nationes. Quæ quam uis idololatriæ deditissimi, id tamen in votis gesserunt, ut eorum dijs ac simulacrorum portentis, suus haberetur & honos & gloria immunis: hinc templa, hinc sacrificia, hinc varius cultus, varia ministro-



rum munia designata. Alij siquidem Aesculapio, alij Dianæ, alij Ioui, alij deæ Vestæ, denique alijs alij & dicati erant, & sacrificia dependerunt. Verum enim uero si eum cultum, has ceremonias, hancque tam solicitam religionem suo creatori impendissent, non secus laudandi atque plebs illa Iudaica. Quæ id persæpe factitabat, ut nihil non magnifice ageretur cum templi ministris, cultu, ceremonijsque. Adeoque solicite curatum est, vt quam splendide omnia agerentur, ut si quando vel latum digitum ab ijs dimouerent, quæ sancte, quæ iuste instituta erant, mox vel ipsi inter se, uel numen illud cæleste in temeratores animaduertebat. Itaque ad eum modum ætas illa tum florebat, tumque administrabat. Quam proinde secuti & principes sunt catholicissimi quique, adeo vt se suaque omnia pro fidei catholicæ defensione, proque maiorum placitis, responsis, decretis, traditionibus curauerint exponere. Recte quidem atque iustissime censentes, vt non solum augustius, sed etiamnum melius ac sanctius regnum suum constituerent. Atqui id est quod in veteri testamento, bono principi præcipitur: Postquam sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum omnibus diebus uitæ suæ, vt discat timere dominum deum suum, & custodire uerba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dextram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filij eius super Ifra-

el.Iam si rex Israel iubetur legē ediscere, ceremonias custodire, quæ figuras solū & vmbras iustitiæ tradebat, quāto magis conuenit, ut princeps Christianus euangelij dogmata teneat, ceremonias ob unum principem Christum sancitas custodiat, receptam a tota ecclesia consuetudinem sequatur, defendat? Nec unq̄ putet se monarchiam seruare posse, nisi et unius monarchæ, hoc est Christi regnum, ecclesiam, fidem, ceremoniasq́, ut sunt a maioribus sancte traditæ, seruet, defensetur. Qui enim fieri potest, ut is bene feliciterq́ regnet, qui omnia confundit, omnia conturbat, sacra profanaq́ miscet? id quod uidemus in ijs accidere, qui Luteranis dogmatis mordicus hærent, acquiescunt: atq́ ob id uel maxime schismatici, ut sacramenta dei contaminent, possessiões monasteriorum in suos usus conuertant, licentius uiuāt, neminemq́ metuant, deumq́, hominesq́ contemnant. Hi quanquā euangelij sub prætextu multa moliantur, non tamen Christum, sed Baltasarem, sed Antiochum, sed Herodem, sed Neronem, cæterosq́ eiusmodi fecis tyrannos, rebus factisq́ spirant. Absunt enim ab euangelij spiritu tam procul, q̄ abest bonum a malo, tenebræ a luce, mors a uita, ueritas a mendacio, tyrannis a iustitia. Verum non ad eum modū olim Christiani principes sese gesserunt, qui de republica Christiana tum præclare arbitrabantur esse gestum, si q̄primis dei cultum, deiq́ ceremonias, augerent, roborarent, ac instaurarent. Ad quem modum Iustinianus, Philippus, Valēs, Constantinus, Phoca, Theodosius, Carolus co

gnomento Magnus, & cęteri reges principesq́ꝫ sese gesserunt, sanctius iudicantes, vt fidem a se receptam, iustis legibus, imo gladio ipso defenderent, quam pessum abire sinerent. Quos subinde secutus est Carolus noster eius nominis quintus imperator max. & huius frater inuictissimus Hungariæ ac Bohemiæ rex Ferdinandus, quos deus Opt. Max. summa clementia huic mundo ad hoc dedit, vt Christi ecclesiam, quæ passim assultibus hostium quatitur, defenderent, seruarent. Ita & alij cum ecclesiastici, tum profani principes, qui mallent patriã, nomen, stemma, deniq́ꝫ quicquid est rerum externarum perdere, q̃ ab ea fide, ab ea ecclesia, ab ijs dogmatibus deflectere, quæ auita religione tradita sunt. Hos imitari ex eo uisus es inuictissime princeps, quod inter tot tragœdias bellorum, inter tot intestinas cædes, inter tot hæreseos scismatosq́ꝫ diuersissima dogmata, hactenus perstiteris infractus, perstiteris immobilis, constans, neq́ꝫ aliorsum quouis etiam modo diuertens. Id q̃q̃ (& si pleraq́ꝫ alia quæ ingenuos decent mores) te vere illustrem faciat, id tamen maxime quod fidelis sis, quod in vnitate ecclesiæ permaneas, in eadem fide quam ab ipsis incunabulis imbibisti perseueres, oĩbus admirabilem spectandumq́ꝫ facit. Admirẽtur alij opes, alij diuitias, regna, pompam seculi, tot triumphos, tot titulos, tot viduitates, & reliqua, quæ vulgus principum magnificãt, atq́ꝫ ad sidera vsq́ꝫ attollunt. Ego certe magis miror in tam illustri animo auitam religionem radices suas fixisse. Alij aduersus hostes trium

phos iactent, ego maximi triumphi, maximæ que gloriæ facio, si quis eam fidem, eam religionem teneat infracte, quam a maioribus recepit. Iam & illud non minus gratiæ Christi tribuendum, quod vxorem ex illustri stemmate Iuliacensi nactus sis, quæ non minore fidei deuotione flagrat, non minore constantia, misericordia, cæterisque ingenuis dotibus, ornata est. Possem forsan multa huc congerere, quæ vtriusque laudem ac nomen, fidemque illustrarent, nisi id maligni assentationi tribuerent, ascriberentque. Voluique igitur temperare sermonem, ac tempori magis seruire, quam mihi ipsi adulationis notam inurere. Quo morbo plerique ijsce temporibus laborant, qui sunt vel a concionibus publicis, uel libris edendis inuigilant Quotus enim ex ijs est, qui libere loquatur? qui non aduletur aliquando? qui non euge, euge, etiamnum in malefactis acclamitet? Cui uitio quam hactenus aduersatus sim, ipsi narrent, qui vel conciones publicas, vel scripta mea legerunt. Volo enim vt & hostes mei, de me testimonium ferant. Itaque citra omnem assentationem, hos ad tuam celsitudinem mitto cōmunes locos. Quos, ita me deus amet, nō prodidissem, nec euulgassem, nisi tot precibus a tua celsitudine instigatus, atque a ceteris tum ecclesiasticę, tum sęculi dignitatis proceribus, ueluti impulsibus ad id muneris officijque pstandum inductus essem. Quorum importunis precibus dum morem gerere studeo, mihi certe morem gessi minime, qui mallem ijsce temporibus causæ spectator esse, quam actor. Scio enim nihil tam emendate posse edi,

quod non lacerent momi ac sycophantæ quicq;. Alij siquidem quos Luteranos uocant, si cõfusos se per dei uerbum senserint, ensem, gladium, insidias intentant. Alij uero qui ijs aduersantur, quorum in album ex ecclesiasticis non pauci conferendi sunt, si uel acu tacti fuerint, exclamant, uociferantur, conspirant, dictitãtq; actum esse de Christiana religione, nisi is cõcionator pulsus ciuitate, patriaq; fuerit. Itaq; quocũq; me uertam, angustijs plena sunt oĩa, periculis, insidijs. Verum inter hæc solius Christi gloria mihi spectanda. Is enim ait, qui me, meosq; sermones puduerit coram hominibus, & filius hominis pudebit coram patre & angelis dei. Is igitur sit mihi propitius, sit finis, sit unicus scopus, sit amicus, nec iam maxime faciam totius orbis inuidiã, enses, insidias. Hunc ego malo, q̃ omnes in vniuersum mortales habere principẽ, potissimũ cum nõ aliter liceat, nisi ad eum modũ & uiuere, et p̃dicare, & scribere. Addit & animũ quod Christiano principi, itidemq; & omnibus bonis hæc opera mea quãtulacunq; sit, nuncupet. Quã si intellexero tuæ celsitudini esse gratã, quicquid ex meo officio, studijs, laboribusq;, proficisci poterit, tibi perpetuo deseruiet, perpetuoq; dicabitur. Seruet te deus Opti. Maxi. cum felicissima coniuge tua in sua gratia perpetuo incolumem, prĩcipum illustrissime Iohãnes. Ex oppido tuo Dusseldorff, Anno uigesimooctauo supra Millesimum Quingentesimũ, Calẽ. Martij.



Vrsus mihi præfandum Christiane lector, & si quod Zoili impingunt crimen, neq; enim ab ijs blattis & innocentia tuta est, deprecãdum, cur enchiridion nostrum, nec dum unius anni circumacto interuallo, edatur in lucem, typisq; nouis, & ijs quidem tersissimis committatur. Quandoquidem sat librorũ extare uideať, & res eo euaserit, ut multorũ opinione nõ iã papyraceis chartis, non disputationibus ullis, non deniq; blandiusculis adhortamentis, quibus hactenus cum a Cæsarea Maiestate, tum ab alijs plerisq; principibus, ac uiris non tam orthodoxis q̃ omnigene doctissimis, frustra desudatum est, apud scismaticos, et nothę doctrinæ patronos, sed armis, sed igne, sed sulphure, deniq; factis ipsis opus sit, ut pax ceu postliminio orbi germanico restituať. Verum utut alij sentiant, utut uelint restitutã reipub. Christianæ tranquillitatem, qualibus qualibus tandem uel medijs uel conditionibus controuersiæ tollantur. Tolli non potest ueritas, nõ uerbum dei, non ecclesiæ sacrosanctæ immota ipsisq; inferni portis infractior auctoritas. Perstat enim aduersus omnes quotquot sunt hæreticos, ut hactenus incõcussa, q̃q̃ nõ semel atrociter impetita, ut integra q̃q̃ sæpiuscule scindi cæpta, ut sacro spiritu imbuta, q̃uis, impostoribus spiritibus diuexata. Nihil potuere aduersus hanc, uel tyranni ulli utcunq; crudeles, ut cunq; feroces, nihil hæretici, utcunq; dolo, fraudeq; astuti. Vicit, seipsaq; semper fortior eua-

fit. Atq; id est cumprimis cur rursus locos nostros aduersus peregrina dogmata hæreticorum permittamus imprimi, incudiq; tradi, itaque veritate subnixi sunt adeo, adeoq; ecclesiasticis sanctionibus, quas tñ data opera ijs neque in prima neq; ĩ hac secũda editione intersper simus, respondent, coeunt, vt & ab hostibus fidei, vt certa relatione comperimus, expugnari nequiuerint. Deinde, et hac ratione recognouimus, atq; edidimus, q̃d Typographus pauciora exemplaria in prima editione euulgauit q̃ oportuit. Vix em̃ ad paucissimos deuenere. Quo factũ est, vt multi non iam ex ijs solũ, quibus cum consuetudine cotidiana, ac amicitiæ fœdere deuinctus sum, sed etiamnũ ex Panno niæ, ex Misniæ, ex Britãniæ prouincijs instarent, id rursus curarẽ, quo & ipsi nostra qualicunq; opella iuuarent. Erat & ex amicis, qui idipsum desiderare astrueret Bohemiæ ac Vngariç Christianissimũ regem Ferdinandũ. Cuius ego vel solius precibus annuere mallẽ, non modo hac in re, sed etiam, si quid a mç prçstari possit eximius, q̃ vel officium meũ detrectare. Vt em̃ cætera sileam, quæ prçclare, q̃ strenue indies aduersus truculentissimos fidei hostes Thurcas gerit prelia, nam hçc & impijs cũ probis q̃nq; feliciter cedunt, id tamẽ silentio minime transigendũ, quod auitam fidẽ, religionẽ, pietatẽ, fouit, tutat̃, promouet. Quodq; rarũ est in principe, q tantis regnis, tãtis prouincijs, tam amplissimis ciuitatibus poliet, nihilo tamẽ minus in Spyrensib. comitijs nuper tam abiecerit sese, ac demiserit, vt pauperum pe

des & aquula lauerit, & extersefit, & hospitio collegerit, mensaq; iuxta regiã magnificẽtiam instructa, ipse obsonia varia, cibos delicatiores, vina meracia, suis ipsius manibus proposuerit. Memori videlicet & alta mente repetens ea quæ hinc abiturus Christus rex regũ & dominus dominantium, suis coram discipulis gessit, suisq; imitatoribus iniunxit, & ceu obseruatu necessaria imposuit. Exemplũ em̃ dedi vobis inquiens, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Eant nũc Lutherani & tale quid iactẽt, de suorũ dogmatũ antesignanis. Inclytus hic rex, nudos vestit, hospitalitatẽ nõ iam in amicos, sed in miseros, in afflictos, in digosq; exercet. Cõtra Lutherani, nudis id q̊d reliqui est, vestiũ detrahunt, idq; euãgelicæ libertatis p̃textu. Hic largit̃ propria, illi auferũt aliena. Hic in tẽplo supplex cũ Iosaphato orator adit gratiæ diuinæ thronũ, illi templa solotenus diruunt. Hic de om̃ibus bñmereri studet, hij oẽs offendere, om̃es iniurijs, damnoq; afficere maximi faciunt. Nemini em̃ parcũt, non honestati, nõ virtutibus ip̃is. Nihil em̃ q̃q̃ eximium, quãlibet excelsum, quãlibet sanctũ, q̃tũuis integrũ, quod ij lupi non lacerent, diripiãt, deuorent. Et, vt diui Hiero. v̈bis in Epitaphio Neopotiani vtar, Quot matronæ, quot virgines dei, & ingenua nobiliaq; corpora, hijs beluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorũ officia clericorũ, submersæ ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati eq, martyrũ effossę reliquię. Vbiq; luctus, vbique gemitus, & plurima mortis imago. Adsunt

enim infelicia illa tempora, in quibus omnis qui interficit, letiferi dogmatis sibilo castam Christiani hominis mentem, obsequium arbitretur sese præstare deo, Adsunt ferrea illa secula, in quibus pectora adamante quouis duriora, nec blandicijs inflecti possunt nec minis. Quid em hoc seculo scelestius, in quo uicta iacet pietas, erigitur improbis conatibus perfida impietas? Quid peruersius, in quo pueri senibus opprobrant, & ueneranda canicies a Mimis exibilatur? Quid cecius, quandoquidem non spectamus nostra ipsorum mala, nostrum impendes e uicino excidium? Siquidem foris interficit, gladius & domi mors similis est, foris Thurca, ut leo ecclesiam Christi deuastat, intus, domestici hostes ipsis Thurcis scelestiores, sacra, prophanaq; commiscent, contaminãt, bellaq; meditantur, ut equissimo iure aduersus utrosq; regius uates exclamet. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me, Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius, sed quibus id feremus acceptum? Nostris malis, nostræ perfidiæ, nostræ ab unius ecclesiæ monade, defectioni, deniq; nostris perditissimis moribus quibus offensum adeoq; a nobis alienatum nůmen sentimus, et tamen non dolemus, nostris peccatis barbari fortes sunt, nostris dissidijs concordes sunt, nostris ciuilibus tumultibus, ipsi uictores euadũt, quos iunctis copijs, concordibusq; affectibus superare debueramus. Quis hic lachrimas contineat? quis non suspiret? quis non doleat? quis

non exclamet? Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Exurge domine, & ne obliuiscaris pauperum tuorum in finem, redde inimicis nostris septuplum in sinum eorum, sentiant, sentiant quia tu dominaris potestati maris, motus autem fluctuum eius, quibus sponsa tua, nauis Christi, adamata Christi, impetitur, tu mitigabis. Vide optime lector quorsum me dolor abduxit, in quem mœrorem & angustiã coniecit ecclesiæ catholicæ status, & compatere mecum, si modo sentis rerum casus, incõmoditates, & discrimina. Quo animo putas esse Cæsaream maiestatem? Quo huius germanũ regem Ferdinandum, cuius iampridem præclare aliquot gesta recensuimus? Vterq; diademate regio redimitus, uterq; augustissimis regnis ac prouincijs locuples, quodq; omnium excellentissimum est, & uere regijs titulis dignum, uterq; in unius ecclesiæ fide constantissimus. Habet uterq; suos hostes, alter domesticos, & eos quidem multo plures, q̃ multis innotuit, alter externos & barbaros, qui cum populo, & uitam, & fidem, & religionem ipsam eneruare satagunt. Quos existimas regia ingenia non meditantur modos, ut deploratissimis rebus succurrant? Fortunet deus Optimus Maxi. ut quæ ceperunt felicissimis auspicijs olim ad sui nominis gloriam finiant. Tu interim lector, noli grauiter ferre, quod ijs impulsoribus parũi, si quidem sentis, quæ Christo digna sunt, necessitas mihi parendi iucumbit, candidoq; suscipias cornu, ac animo uere pio in ijs nostris locis uersare. Sicubi uel mendas offenderis, id nõ no

bis, sed Calcographis asscribito. Qui q̄q̄ extremam adhibeant curam, q̄q̄ terq; quaterq; reuersent, non tamen id efficere possunt, vt porro omnes characteres, omnes literæ, suo ordine collocentur, adiecimus & locos aliquot de baptismo paruulorum, aduersus anabaptistas, et notas quibus ecclesiam veram a notha illa ac adultera deprehendas, tum compendiariam quandam methodum, verbi diuini concionatoribus depinximus, ex qua, qui volet, facile discet, qua lege qua ue arte hisce temporibus, in suggesto incedendum, nō quo ipse leges, quibus conscientiæ reddantur obnoxiæ pręscribā, quandoquidem id penes magistratum sit ecclesiasticum, sed quo simplicibus cōmonstrem, qua via pergendum, si quidem recōciliare velint, diuersis dogmatis imbutos, si lucrifacere animas Christi sanguine conquisitas. Postremo, omnia hæc eduntˉ in hac nostra, imo Christi & omnium felicissima Colonia Agrippina Cuius ego laudes, dum fata hos artus regunt, non cessabo resonare. Quandoquidē sola oīm est vna quæ Christo auspice inter tam densissimas huius seculi tenebras pellucet, fideq; conspicua est, semperq; sui adsimilis, nunq̄ nō inhęrens patrum sanctissimorum vestigijs. Iactēt aliæ Romani imperij ciuitates, diuitias, rerumq; opulentiam, recenseant aliæ preclara auorū facinora, hęc robur, illæ delitias hominum auribus instillent, glorientur aliæ innouatæ hæresi suoq; Luthero, aut Oecolampadio infelicissimum illud euge euge acclamitent. Perq; varias voluptates, suam libidinē expleant. Hæc

habet quo merito illi gloriandum, nempe maiorum infractam fidem, nempe totius reipub. tranquillitatem, pacem, & concordiam. Quae em̄ tantis in tragoedijs tamq; infandis & dogmatum & rerum discriminibus, hac constantior fuit? potissimum vero vbi tot insidiae, tot technae, tot artes vulpes illę lutheranę apparauere, nihil nō agentes, quo hanc ad suam sectā raperent. Verum perstitit interim, nec latū digitum a veteri religione diuertit. Vbi em̄ frequentius sanctorum reliquiae pia religione inuisuntur? vbi auidius ad verbum dei confluitur? vbi deuocius diuorum templa, solemnibus etiamnum stationibus frequentantur? Faxit deus Opti. Maxi. vt in hac fide, adeoq; patrijs legibus ad finem vsq; perseueret. Interim, cura lector, vt & huius inclytae vrbis statum, & has nostras qualescunq; elucubrationēs, tuis precibus illi commendes, cuius solius gloriam quam maxime cupimus illustrē, omnibusq; numeris absolutam. Vale, Coloniae ex aedibus spectabilis simul & Iurisperitissimi viri, domini mei, ac Doctoris, Ioānis Rhinck. Anno. M. D. XXIX. Kalend. Iunias.



## Index titulorum ac thematum de quibus in hoc Enchiridio agitur.

B

# FRATRIS NICOLAI HERBORN BRVLENSIVM MINORITARVM GVARDIANI, DE LOCIS COMMVNIBVS
Enchiridion.

## De fide quodq; ipsa salutis basis sit. I



Ecte atque ordine a fide, enchiridion hoc nostrum exordium sumit quandoquidem ipsa totius salutis basis sit & fundamentum, Paulo teste: Oportet accedentem credere. Sine fide enim impossibile est placere deo. Estq; substantia rerum sperandarum, argumẽtum non apparentium. Id quod plerique omes ita intelligunt, vt sit assensus, seu cognitio firmiter assentiens veritati deitus reuelatæ, qua intellectus indago in obsequium Christi sese captiuat, videlicet ijs assentiens, quæ sunt supra naturam, supra sensum, supra humanam rationem. Extenditur autem hæc ipsa mentis assensio, non modo ad Christum in carne multis signorum portentis declaratum (quanquã ad ipsum potissimum) verumetiam ad vniuersa, quæ & deum ipsum omnium rerum opificem, & a se productas creaturas, & harum tum reparationem, tum renouationem concernunt. Quæ vniuersa, vt sunt & condita, & a deo Opti. Maxi. per filium dispofita, si- Hebr.11.

Roma.11. quidem ex ipso, in ipso, & per ipsum sunt oïa, humana ratio imbecillior est, vt peruestiget. atq; ob id dono quodam supercælesti erigatur oportet, quo, quod impossibile est naturæ, facilius cognoscat, intelligat, miretur, ac proinde imitetur. Hinc Christus fidem vocat opus dei:

Iohan.6. Et erunt, inquit, omnes a deo docti. Rursusq;:

Iohan.1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominē

Ierem.31. venientem in hunc mundum. Itemq;: Cogno-

Actu.2. scetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et

Iohan.8. iterum: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant.

Iohan.17. Non cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerūt vere, quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Proinde id est, quod Ieremias vaticina-

Ieremi.31. tus est: Omnes (inquit) cognoscent me a minimo eorum, vsq; ad maximum, quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum nō me morabor amplius. Impleta sunt hæc oraculi verba sub Christi tempus, quo sese mundo declarauit, id quod fide, non humana ratione de-

Mat. 9.15. prehendimus. Atq; ob id toties Christus fidē inculcat, toties eandem repetit sententiam, dicens fere omnibus, quos vel pristinæ sanitati restituit, vel peccatis condonatis in gratiā su-

Mar.2.4 scepit: Fides tua te saluum fecit, vade in pace.

Lu.7.19. Itemq;: Secundum fidem vestram fiat vobis.

Mat.8. Rursus & illud: Crede tantum, omnia possibilia sunt credenti. Et illud: Vade, sicut credidisti fiat tibi. Et: Credidit homo sermoni quem dixit Iesus, atq; proinde filius eadem hora sanitati

pristinæ restitutus est. Eo pertinet & illud: Sic Iohan.3.
deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum
daret, vt omnis qui credit in illum, non
pereat, sed habeat vitam æternam. Oportuit
Christo credere sese mundo reuelanti, ha- Isa.45.
ctenus enim absconditus dictus est, hacte- Exod.55.
nus audierunt: Non videbit me homo &
viuet, hactenus per inuolucra locutus est patri
bus, verum modo uiderunt omnes termini sa- Psalm.97.
lutare dei, modo notum fecit deus salutare su-
um, ante conspectum gentium reuelauit iusti-
tiam suam. Reuelauit, inquam, verbo suo, quo
paternam mentem veluti in tersissimo didici-
mus speculo. Est enim ipse filius candor lucis Sapien.7.
æternæ, & speculum sine macula, in quo relu-
cet expressissime patris potentia, benignitas,
misericordia. Atque ob id haud iniuria dictus ē
verbum, quod in principio erat apud deum, Iohan.1.
quodque & in plenitudine temporum caro fa- Gala.4.
ctum est. Potentia verbi in carne innotuit, do-
ctrina innotuit vitæ integritate, innotuit & mi
raculorum gloria. Quæ vniuersa, humana ra-
tio non capit, carnis prudentia horret, fides ve
ro arripit, intelligit, ijsque assentitur. Nisi em̄ (in Isa.7.
quit Isaias) credideritis, non intelligetis. Fide
em̄ intelligimus Christum, iustitiam nostram, 1.Cor.1.
sapientiam nostram, seruatorem ac totius salu
tis sacram ancoram, Quin & Christus id ip̄m
plenis verbis declarat. Dedit (inquit) eis pote- Iohan.1
statem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine
eius, qui non ex sanguinibus, neque ex volunta
te carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo na
ti sunt. Et iterum: Confitebor tibi pater cæli & Mat.11.

terræ, quod abſconderis hæc a ſapientibus & pru
dentibus, & reuelaris ea paruulis. Itemque: Niſi
Iohan.8. credideritis, quia ego ſum, in peccatis veſtris
Iohan.3. moriemini. Et: Lux venit in mundum, at dile-
xerunt homines magis tenebras, quam lucem. Præ
cepit & pater ipſe vti filio ſibi vnice dilecto
Mat.3.17. auſcultemus: Hic eſt filius meus dilectus, in
quo mihi complacui, ipſum audite. Iam & Pau
lus non ſemel teſtatur, myſteria Chriſti carni
obtecta, fide deprehendi poſſe. Inquit ſiquidem:
2.Cor.4. Quod ſi euangelium noſtrum opertum eſt, in
ijs qui pereunt opertum eſt, in quibus deus hu
ius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non
ſulgeat illis illuminatio gloriæ Chriſti, qui eſt
1.Cor.2. imago dei. Et iterum: Animalis homo non per
cipit ea quæ ſunt ſpiritus dei: ſtultitia enim eſt
1.Cor.1. illi. & non poteſt intelligere. Itemque: Nam quia
in dei ſapientia, non cognouit mundus, per ſa-
pientiam deum. Placuit deo per ſtultitiam præ
dicationis ſaluos facere credentes. Itemque: No
bis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum:
ſpiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profun-
da dei. Sic quoque & ad Romanos, poſteaquam di-
xit filium dei declaratum, in virtute ſecundum
ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mor
tuorum, mox ſubindicat, quonam modo tanti
Roma.1. myſterij maieſtas deprehendatur: Non enim eru
beſco euangelium, virtus enim eſt in ſalutem
omni credenti. Iuſtitia enim dei in eo reuelatur
Abac.2. ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus autem
Roma,15. ex fide viuit. hinc toties iactitat, ſibi reuelatum
Coloſ.1. myſterium, temporibus æternis tacitum. Ma-
Ephe.1.3. nifeſtata eſt autem nunc (gratia dei) per illumi

nationem dñi nostri Iesu Christi, qui destruxit
quidem mortem, illuminauit autem vitam.
Et iterum: Manifeste magnum est pietatis sa- 2.Tim.1.
cramentum, quod manifestatum est in carne,
iustificatum est in spiritu, apparuit angelis,
prædicatum est gentibus, creditum est in mũ
do, assumptum est in gloria. Accedit quod Io
hannes inquit: Quod fuit ab initio quod audi 1.Iohan.1.
uimus, quod vidimus oculis nostris, quod per
speximus, & manus nostræ contrectauerunt
de verbo vitæ, & vita manifestata est nobis.
Inquit, quod vidimus haud dubie aliud vide 1.Iohan.1.
runt oculis corporis, aliud mente crediderunt.
Neq; enim oculus vidit, intellige corporis mor 1.Cor.1.
talis, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis
ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se
Prudentiam enim carnis, quæ inimicat deo, Roma.8.
perdidit Christus in carne mortali. Hac igitur 1.Cor.1.
non viderunt apostoli cælestia illa mysteria,
sed alia quadam longe excellentiore imbuti
erant, qua & intellexerunt, & totum orbem
Christo subiecerunt. Porro fides hæc non mo-
do in Christum protenditur, atq; in ea quæ in
carne gessit crassissima opera, verumetiam
in vniuersa quæ ex ijs necessaria quadãm cõ
secutione diduci possunt. Oportet porro crede
re vnam ecclesiam, vnum baptisma, vnum
ecclesiæ vniuersalis sensum, vnius ecclesiæ
item & sacramenta, item & decreta, item &
communionem: deniq; vniuersa, quæ hacte-
nus sanctissime & decreta sunt, & per patres
in nos deriuata. Alioqui si in vno articulo du
bitaueris pertinaciter, eris omnium reus. Qui

Iaco.2. enim offendit in vno, factus est omnium reus. Verum hæc fusius prosequi, & infinitum, & propemodum impossibile, quandoquidem & nos non cõmentarios, sed locos aliquot indicamus, vt diligens lector horum uberiorem intellectum ex ijs autoribus peruestiget, qui hac de re & locupletius, & eruditius pleraque multa scriptitare. Iam plane constat, q̃ fœdum mẽdacium sit, solam fidem ad felicitatem dicere sufficere, quandoquidem hæc, & si sit felicitatis exordium, ac fundamentum, exigit tamen structuram, exigit muros, latera, tectũ, & vniuersam suppellectilem in domus consummationem. Quid enim profuerit scire cum Paulo quæ sit longitudo, quæ latitudo, quod profundum mysteriorum dei, nisi adsit & charitas, q̃ omnia sufferat, omnia credat, omnia speret, nisi adsit & spes, nisi & opera ipsa, quibus fides perficitur, adsint? Atqui de ijs mox pleraque multa. Iis etiam palam fit cũ Christum, cũ Paulum frequentius de fide, quæ ferax est operum locutos, cuius energiam, vim, atque naturam qui ignorat, frustra ac inaniter de tantis rebus differit. Est enim lucerna illuminans mẽtis apicem, qua se ad vltra mundana simul & diuiua illa mysteria corripit, eaque meditatur, introspicit, quo ad in via conceditur, quæ ingenij, naturæque vires superant. Poteram hic multa de fide viua, de huius actu atque habitu, porro de ea quam solam historicam vocant, & informem, deque huius actu, et propagato ex hoc habitu differere. Quæ plenissime apud scholasticos doctores sunt disputata.

Ephe.3.

1.Cor.13.

Exigitur & charitas duplex, quæ fidei 
condiſtinguitur, ad felicitatem conſequē
dam perfectam.

Charitas quæ & dilectio, donum dei eſt, q̊ rationalis natura in amicitiam ac fauorem dei ſuſcipitur, quo voluntas ipſa, eam enim maxi me permouet, cum in deum vt ſupremum bonum propter ſeipſum adamatum, tum in proximum ad dei imaginem exultum, placide effundi ur ac diducitur. Ita ſe habere teſtaẽ Paulus: Charitas (inquit) dei diffuſa eſt in cordibus Roma.8. noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Hac imbutus ait: Quis nos ſeparabit a charitate dei, tribulatio, an anguſtia, an nuditas, an fames? & reliqua quæ ſequuntur. Hac em̃ fit vt animus non ſolum in cognitione, quæ ꝑ fidei lumen fit, conquieſcat, ſed etiam totis remis veliſq;, totis neruis contendat ei adhærere arctiſſimis ac ceu vulcaneis vinculis, in q̊ eſt omnis bonitatis ratio, contemptiſq; omnibus, quæ ab hoc conatu reuocant, id maxime curat, vt amoris dulcedine in dilecto conquieſcat. Dilectus enim mihi (inquit) & ego illi, in- Canti.2. tra hubera mea commorabitur. Hanc vt to- Deute.6. tam poſſideamus, præcipit deus: Diliges domi Matth.22. num deum tuum, ex toto corde tuo, ex to. ani. Luc.10. tua, & ex to. men. tua. Et Iohan. Deus charitas 1. Iohan.4 eſt, & qui ma. in cha. in deo ma. & deus in eo. De ea vero, qua in proximum fertur animus, plenæ ſunt ſcripturæ ſanctæ. Chriſtus enim inquit: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: in ijs enim duobus mandatis, tota lex pendet & Matth.22.

prophetæ. Non inquit in sola fide, sed in ijs duo
bus, dilectionie dei & proximi præceptis, to-
Iohan. 14. tius legis cardo voluitur. Hoc, inquit, est man
datum meum, vt diligatis inuicem, sicut dile-
xi vos. Maiorem hac dilectionem nemo ha-
bet, vt animam suam ponat quis pro amicis
Iohan. 15. suis. Rursusq́: Manaatum nouum do vobis,
vt diligatis inuicem. In hoc (enim inquit non
in sola fide) cognoscent omnes quia discipuli
mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicē.
Accedit, quod q̄q̄ Paulus strenue fidem teste-
tur salutis basim, adeo tamen in ea sola non cō
stituit felicitatis summam, vt ei charitatem
longe prætulerit, in qua & legis plenitudinem
consistere clamitat: porro neq́ fidem quicq̄,
neq́ alias virtutes prodesse, si desit omniū ma
gistra ac forma charitas. Ea enim fit vt omīa
Roma. 8. sanctis cedant in bonum. Diligētibus, inquit,
deum, omnia cooperantur in bonum. Et pau-
cis interiectis. Nemini quicquā debeatis, nisi
Roma. 13. hoc, vt inuicem diligatis. Qui eū diligit pro-
ximum, legem impleuit. Nam non adultera-
bis, non occides, & si quod aliud est manda-
tum, in hoc verbo instauratur. Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum. Plenitudo ergo le-
1. Cor. 13. gis est dilectio. Idem ad Corinth. easdem fere
leges, eandem vim, atq́ charitatis præconia
describit: Si linguis, inquit, hominum loquor
& angelorum, charitatem autem non habue
ro, factus sum velut ęs sonans, aut cymbalum
tinniens: Et si habuero omnem fidem, ita vt
montes transferam, nihil sum. Iamque & il-
lud annotandum, quod non fidei, sed charitati

omnia tribuit. Omnia (inquiens) suffert, omnia credit, omnia sperat. Ad Collossenses Colos.4.
quoque eandem repetit, sub alijs verbis, sententiam. Super omnia autem hæc, charitatem continuam habentes, quod est vinculum perfectiõis. Nusquam id de fide comperies, quod sit vinculum perfectionis. Esto enim initium sit salutis, perfectionis vinculum esse nequit, quod olim sit finem habitura, vbi videlicet ventum fuerit ad perfectam & consummatã deitatis visionem. Sic & Petrus: Ante omnia 1.Pe.4.
autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Vniuersa enim delicta (inquit Solomon) operit charitas, modo Prouer.10
fortis sit vt mors. Id quod in peccatrice cernimus, Canti.8.
cui non solum quia credidit, sed etiam quia dilexit multum, dicitur: Dimissa sunt ei Luc.7.
peccata multa, quoniam dilexit multum. Itemq;: Vade in pace, fides tua te saluam fecit. Vtrunque enim adfuit illi, fides collustrãs intellectum, & amor trahens affectũ ad Christum. Inueni (inquit sponsa) quem diligit anima mea. Canti.3.
Itemque: Oleum effusum nomẽ tuum, Canti.1.
ideo adulescentulę dilexerunt te. Rursusq; Paulus: Ambulate in dilectione, sicut & Christus Ephe.5.
dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis. Eo pertinet & illud: Diliges proximum tuum vt teipsum, quæ est consummatio legis. Adde ijs quæ Iohannes præclare de charitate disserit: Qui non diligit, manet in morte. 1.Iohan.3.
Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Hic arguuntur mendacij, qui so-

Iam incredulitatem existimant morte plectendam, quum constanter Iohannes asserit, qui nō diligit, manet in morte. Itemq́: Filioli mei, nō diligamus verbo, neq́ lingua, sed opere & ve
1. Iohan. 4 ritate. Et iterum: Omnis qui diligit fratrem suum, ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, nō nouit deum, quoniam deus charitas est. Habes hic manifeste, non sola fide nos nasci deo, sed etiamnum charitate in proximū. Moxq́, Charissimi si sic deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Astipula
Galat. 5. tur ijs quod ad Galat. inquit Paulus: In Christo Iesu neq́ circuncisio aliquid valet neq́ preputium, sed fides quæ p charitatem operatur. Aduerte hic fidem non nisi per charitatem feracem esse operum, quippe sine qua nihil est, sine qua manca est. Quo fit, vt ad consummatam felicitatem, non sat fuerit fide quempiam esse imbutum. Exigitur enim & charitas, qua & in deum, ac proximum feramur, qua liberrimo animo omnia cum commoda, tum incōmoda toleremus, qua iussa superiorum volentes exequamur, qua iniurias omes, infamiam ob Christum irrogatam omnem excelso feramus animo. Hanc vero aliud quippiam a fide multo excelsius, multoq́ præstantius, ac di-
1. Cor. 13. uinius esse, vel ipse Paulus affatim indicat: Nunc inquit, manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Obserua, quod neutro genere, pluratiuoq́ numero, dixit esse tria, quasi & voce, & re ipsa distinctionem significans. Est enim genus neutrum sμapte natura differentiale. Iam si tria sunt, si

maior horum est charitas, miror quid Luteranis in mentem venerit, quod hæc ipsa, aduersus Pauli apertissima verba, vnum atque inseparabile donum faciant. Ea enim separari hoc loci palam colligis: Etenim charitas nunquam excidit, sed constans est, perpetua est, nunquam in electis moritur, fides vero euacuatur: Inquit enim, Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus per fidem, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Id quod tum fiet, quando fidei successerit visio, spei tensio, quando facie ad faciem, non iam in ænigmate, videbimus eum sicuti est, similesque ei erimus. Iam si fides euacuatur, charitas vero minime, sed augescit, sumitque accretionem, donec vnum cum deo efficiat, non sunt hæc eadem inter se, sed longa intercapedine dissepata. Quæ enim eadem omnibus modis sunt, separari non possunt, sed alterum alteri inseparabili copula connectitur, adeo vt si vnum sit perpetuum, & alterum erit. id quod inficias it Paulus in dono fidei. Eo enim dum viuimus, videmus deum in ænigmate, & per speculum. Liquet & ijs, quam inconcinne fidem nonnulli vbique fere pro fiducia accipiant: quando constet multo aliud dici fidem, aliud fiduciam, qua animus diuinis fidit promissis, aliud, & illud quidem omnium præstantissimum charitatem, qua deo proximeque perpetuo sociamur.

Ibidem

1. Iohan. 3

ſa cum operum exhibitione exigitur ad conſummatam felicitatem.

Spem plerique omnes finiunt eſſe dei donū, quo creatura rationalis, firma animi intentione diuinis promiſſis, porro deo promittente fidit, adeo vt nihil minus metuat, dum ardua opera aggreditur, dum incommodis & rerum & corporis afficitur, dum hoſtis aſſultus exoriuntur, q̃ diuino deſtitui præſidio. Eſtque tutiſſimum deploratis conſcientijs aſylum, ne prorſus concidant, neue a propoſito aduerſus hoſtes certamine deterreantur. Roboratur enim infirma conſcientia in deum fidutia, adeoque non diffidit ipſi, vt etiam ſi de ſe quandoque deſperet, animumque deſpondeat vt Iob, nihilo tamen ſecus ipſi contendit deo adhærere. Ita eñ
Iob.12. Iob deſperans de ſe, ait: Deſperaui, at mox ani
Idem.5. mo erecto in deum, dixit: Etſi occiderit me, tamen ſperabo in eum. Hac fidutia Abraham obfirmatam habuit conſcientiam, ſperans ex ſterili anu olim ſuſcitandam prolem, qua benedicendæ eſſent omnes gentes. Hinc dicit Paulus: Qui contra ſpem in ſpem credidit, vt fieret
Roma. 4. pater multarum gentium. Et mox: In repromiſſione dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam deo, pleniſſime ſciens, quia quæcunque promiſit deus, potens eſt et
Roma. 5. facere. Et iterum: Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem.
Roma. 8. Spes autem non confundit. Itemque: Spe ſalui facti eſtis. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes.

Nam quod quis videt, quid sperat? Si autem quod nõ videmus speramus, per patientiã expectamus. Ipse enim spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Hoc asylo Dauid se fretum nõ semel testatur in extremis calamitatibus, dũ omnibus humanis præsidijs destitutus, clamauit, dicens: In te domine speraui, non confundar in æternum. Bonum est sperare in domino, quam in homine, immo quam in principibus, & in filijs hominum, in quibus non est salus. Item: Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum. Hac fiducia strauit fortissimum GOLIADVM, vicit leonem, fudit Philistæos, euasit Saulis insidias, multaque præclare admodum gessit facinora. Atque ob id totus deo innixus, in dei laudem prorumpit: Diligam te domine fortitudo mea, protector meus, refugium, liberator. Itemque: Mihi adhærere deo bonum est, ponere in domino deo meo spem meam. Et rursus: Quoniam in me sperauit, liberabo eum, eripiam eum, & glorificabo eum, Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum. Eadem & Ecclesiasticus: Qui timetis dominum, sustinete illum, & sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia. Respicite filij nationes hominum, & scitote quoniam nullus sperauit in domino, & confusus est. Et in Prouerbijs Solomon: Qui sperat in domino, saluabitur. De hac & Iohel: Dominus, inquit, spes populi sui erit. Id quod & exhibuit, triumphans atque expolians principem tenebrarum in seipso, Quo

Psalm. 30.
Psalm. 117.
Psalm. 124
Psalm. 72.
Psalm. 90.
Eccle. 2.
Iohelis. 3.
Ephes. 1.
Colos. 1.

magna nobis fiducia ingeritur. Hinc Christus,
Iohan.17. confidite ego vici mundum. Et nunc princeps
&.12. mundi eijcietur foras. Nunc iudicium est mun
Ierem.17. di. Atq; ob id Ieremias: Benedictus homo qui
confidit in domino, & erit dominus spes eius.
Hanc spei certissimam ancoram, toties Pau-
lus miseris ingerit conscientijs, toties inculcat,
Roma.15. toties repetit, iterat, extollit. Quæcunq; (inqt)
scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt,
vt per patientiam & consolationem scriptura
2.Cor.1. rum, spem habeamus. Et iterum: Ipsi in nobis-
ipsis responsum mortis habuimus, vt nō simus
fidentes in nobis, sed in deo qui suscitat mortu
os, qui de tantis periculis nos eripuit, in quē et
Ibidem. speramus. Itemq;: In omnibus tribulationē pa
timur, sed non angustiamur: operiamur, sed nō
destituimur: persecutionem patimur, sed nō de
relinquimur: humiliamur, sed nō confundimur
Id quod in præsenti momentaneum & leue.
2.Thess.2. Ad Thessalonicē quoq; dicit, deus qui dedit
consolationem æternam & spem bonam in
gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet
in omni opere & sermone bono. Ob id horta-
Titi.2. tur Titum expectare spem beatæ vitæ, & ad-
uentum gloriæ magni dei, & seruatoris nostri
Hebre.13. Iesu Christi. Huc pertinet & illud: Nolite amit
tere confidentiam vestram, quæ magnam ha-
bet remunerationem. Hic additur nobis ani-
mus etiamnum cum fiducia adeundi thronum
Hebr.3.4. gloriæ. Quippe qui nō recepimus spiritum ser-
uitutis legis Mosaicæ, sed spiritum adoptionis
Roma.8. filiorum dei, in quo clamamus Abba pater.
Hebr.4. Adeamus igitur cum fiducia ad thronū gratiæ

rius, vt misericordiam consequamur,& grati am inueniamus in tempore & auxilio oportu tuno. Cæterum hanc fidutiam recte ambire vi debimur, si præclaris operibus testemur, nos fi lios adoptionis & hæreditatis esse. Nã sine ope ribus bonis, diuinis inniti promissis nõ spes, sed præsumptio est. Constituit enim deus Optim. Max, egregia quædam promissa, ut Petrus in quit: Dedit atq; signauit nos spiritu promissi- 2.Petri. 1. onis, verum nõ satis fuerit tã pretiosis niti pro 2.Cor. 1. missis, nisi & ipsis opibus declaremus, nos ex Ephe. 1. animo sperare. Atq; ob id David: Spera in de Psalm. 36. um & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs e- ius: facere siquidem iussit bonitatẽ, ne cui for- te satis videretur fiducia illa in diuina promis- sa. Idem & Iohannes in canonica ĩdicat: Omis 1. Iohan. 3 qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut & il le sanctus est. Sanctificare enim se, quid aliud est nisi mortificare animi affectus, crucem fer- re, post Christum factis ãhelare, & immacula tum se custodire ab hoc seculo? Ad quem mo- dum & Petrus præcipit, Succincti lumbos mẽ 2. Petri. 1. tis vestræ, sobrie & perfecte sperate in eã, quæ vobis offertur gratiam. Iam & Christus præ- clara & egregia promissa in Matthæo aduna tis turbis proponit, quæ tum demum recte spe rare possunt, si id præstent quod præmisit, id est Matth. 5. si spiritu pauperes, si misericordes, si patiẽtes Luc. 6. malorum, si pacifici, si lugentes sint atq; si- tientes iusticiam. Iis dotibus si fulgeant, iam regnum cælorum sperandum, iam adipi- scenda terra illa vere viuentium. alioquin fru- stra speras, si ijs non imbutus fueris. Iam & il-

lud annectendum, nō quemuis, vt liquet ex ijs quæ adduximus, locis, mox habere fiduciam in deum, qui fide collustratus est. Sunt enim plerique qui fide subtilia peruestigant. qui oretenus Christum fatentur seruatorem hominū, factis vero negant, atque ita demum non sperant, sed desperant semetipsos, dum in omnem libidinē perinde ac bruta animantia labūtur: quorum ex carie sunt ij quos Luteranos vocant, id quod experientia omium rerum magistra satis didicimus, ac nostro malo indies experimur. Nihilo tamen minus credunt deum omniū rerū plastem inferne superneque omnia moderantem, at vero nihil hac fide merētur, neque vere de deo sentiunt, quippe qui perperam de Christi corpore, quod est ecclesia, de sacramentis sanctis, de conciliorū autoritate, & id genus alijs multa pertinaciter, ac turgidis buccis obstrepere non verentur. atque ob id non recte, non simpliciter sentiunt. Quos olim taxauit Paul. ac gra-
Titi.1. phice ob oculos posuit, dicens. Cōfitētur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles. & ad omne opus bonum
2.Timo.3 reprobi. Et iterum. Mali autem homines & seductores, proficient in peius, errantes & in er-
2. Timo.2 rorem mittentes. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit.
Iaco.2. qui a veritate quidem exciderunt. Nempe illa Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Porro spem a fide differre, vel paulo ante abunde monstratum est, vel etiam ex eo liquet, quod Paulus differre dicit dona, operationes, administrationes, virtutes. Id

quod cum ad Romanos, tū ad Corinthios cō Rom.12.
ſtat. Illud obiter adijciam pro ijs, qui craſſiore 1.Cor.12.
Minerua omnia expendere ſolent, non ſolā fidem ſufficere, & ſi ſatis ſit comprobatum, ex ijs quæ dicta ſunt, tamen ex craſſiſſima didu ctione conſtat. Certum eſt enim Deum Optimum Maximum ad iuſtificationē ūmatæ beatitudinis conſecutionem, vt primariam cauſam cooperari. Imo ipſe eſt a quo omne datū optimum, & donum pfectum. Ipſe qui iuſtus ſuapte natura, & teſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Exigitur & fides ipſa, vt donū a deo homini diſtributum & communicatum deinde & voluntatis humanæ aſſenſio. Corde enim, inquit Paulus, creditur ad iuſticiam. Iā corde credere, actus eſt intellectus, q̄ deo reuelanti ſe acquieſcit. Hæc vero quanto interuallo diſtent, nemo niſi ſtipes ſit, ignorat. Siquidem deus aliud quippiam eſt a fide, atq; a voluntate ac intellectu, longe ſanctius. lōgeq; infinitius, in quē vt nulla accidentia, ita neq; fides cadit. quamquam fides circa ipſum verſetur, vt primam illam ac infallibilem veritatē ſic & cor, animus, intellectus hominis, a fidei tum actu, tum habitu longiſſime diſtant, quod hæc accidentia, illa vero ſubſtantia ac potentiæ ab anima re ipſa, vel ratione (vtrumque enī ſuos habet patronos) propagatæ ſint. Quæ rurſus aliud quippiam a fide ſunt, & nihilo tamen minus ad ſalutem pertinent, hoc quod alij dicunt ſubiectiue, atque vt res beatitatis particeps. Hactenus de ijs ſatis ſuperq;.

Iacobi.1.
Roma.3.
Ephe.2.
Roma.10

IIII. Non sola fides, sed & opera exiguntur ad æternæ felicitatis consecutionem.

Ne cui videamur confusius hanc rem aggressi, breuem distinctiunculam placuit hic obseruare, quo lucidius patescant, quæ de operibus, deq; beatitudine dicemus. Duplicem itaq; Christiani hominis beatitudinem sacræ produnt literæ: Alteram qua inserimur adeoq; inautoramur Christo, cum videlicet a regno satanico transferimur in regnum adoptionis filiorum dei, hæc cum in baptismate, tũ in pœnitentia perficitur. Hanc totam gratiæ dei ferimus acceptam non nostris viribus, non meritis, non operibus ipsis, alioqui gratia, vt inqt
Ro.11. Paulus, non esset gratia. Clementia enim sua ac misericordia deus præuenit nostram voluntatem, vt velimus bonum, cooperaturq; vt pficiamus, quod deo autore feliciter cœptũ est. Nolo tamen existimes me hoc in negotio excludere assentionem liberi arbitrij, verum de hac re paulo inferius: Alteram beatitudinem dicimus consistere in æterna felicitate, dũ exuti omnibus miserijs, cælestibus illis ambrosijs
Psalm. 38. fouemur. Beati, inquit Dauid, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Hanc ingemiscimus atq; expetimus,
Psalm. 119 dicentes: Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. Hanc vt consequamur, bonis operibus insudandum est, huc omnes vires, omnes animi & corporis nerui expendendi. Quanq̃
Psalm. 67 enim Christus huius ianuam aperuerit: Ascendens, inquit, iter pandit ante illos, voluit tamẽ

idem ipse Iesus Christus & nos in bonis operibus, quibus fides ipsa, primaq; illa atq; iustificans beatitudo perficitur, operam omnem nauare. Testatur id in Matthæo veritas ipsa: Nõ omnis, inquit, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Itemq;: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Et: Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata dei. En hic, vt ad vitã ingrediamur, exigitur obseruatio mandatorum dei. Sic: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Et vos amici mei estis, si feceritis q̃ ego præcipio vobis. Non suffecit dicere, si credideritis, sed si feceritis quæ præcipio, tũ amici mei eritis. Et alibi: Qui dicit se nosse deum, (per fidem) & mandata eius non seruat, (opere) mẽdax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum eius, in hoc charitas dei perfecta est. Moxq; addit modum quo ipsum verbũ seruandum: Non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. Et Paulus: Non auditores legis, sed factores iustificabuntur. Hinc etiam a Corinthiis efflagitat: In omĩbus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate. Eadẽ & Petrus præcipit: Vos autem curam omnẽ subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia aũt abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patiẽ

Matth. 7. Idem Mat. 19. Iohan. 14. Iohan. 15. 1. Iohan. 2 1. Iohan. 4 Roma. 2. 2. Cor. 6. 2. Petri. 1.

tia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatẽ. Hæc enim si vobiscum adsint & superent, nõ vacuos, nec sine fructu vos cõstituent in dñi nostri Iesu Christi cognitione. Cui em̃ præsto nõ sunt, hic cęcus est & manu tentãs, obliuionẽ accipiens purgationis veterꝝ delictorꝝ suorꝝ. Quapropter frẽs magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationẽ faciatis, hęc em̃ faciẽtes non peccabitis aliqñ. Hactenus ille ad verbũ. Quę vniuersa id probant plenissime, nõ solam fidẽ sufficere hoi Christiano, sed ieiunia, vigilias, labores, abstinentiã, deniqȝ virtutẽ oẽm exigi, q̃ certior reddatẽ ipsa vocatio, quæ subinde virtutes non tam noie q̃ re ipsa a fidei dono sunt dissectæ. Ingenue enim fatemur ex viuificante fide has produci vt fructus quosdam, arboris natiuæ indices. Verum non mox consequitur ob id eadem fidei, nisi forsan ob radicem ex qua propagantur. Est enim alia vis atqȝ natura abstinentiæ, alia patientię, alia ieiunij salutaris energia, alia fidei. Adde his, quod Paulus vbi Galatas fide iustificatos dixit, mox in

Gala. 6. tulit, quid ijs maximopere incumbat: Itaque operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Hinc fructus quosdam in q̃bus se fides exerceat oportet, exprimit. Fructus

Ibidem autem spiritus est charitas, pax, gaudium, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia, castitas. En hic fidẽ cæterasqȝ virtutes recensitas, fructus asserit

1. Cor. 12. Roma. 12 spiritus, Qui diuidit singulis secundum mensuram donationis Iesu Christi, prout vult, Ita &

ab Ephesiis, postea q̃ dixit eos gratia seruatos, mox veteris hominis depositionem exigit: Renouamini spiritu mentis vestræ, induite nouũ hominem, deponentes mendacium, Et paulo post: Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus donauit vobis in Christo. Et iterum: Vt filii lucis ambulate, fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. A Philippensibus, non solũ credere, sed & pati exigit: Vobis, inquit, donatũ est pro Christo, vt non solum in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Ad idẽ, quod a Colossensibus expostulat: Vt ambuletis digne deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescẽtes in scientia dei. Et item: Induite vos sicut electi dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Et mox: Super omnia autem hæc, charitatem continuam habentes, quod est vinculum perfectionis. Obserua, charitatem vbiq; vinculum perfectionis dici. Nam hac conglutinantur & ceu homerica catena copulantur fideles, qui sunt in Christi corpore, siue viuant, siue mortui sint. Ex quo fonte quoq; scaturiunt & suffragia, quibus mutuo sibi succurrere debent. Accedit, quod Christus sub diem iudicii seuerissime calculum exacturus est de operibus misericordiæ neglectis: Esuriui, inquit, & non dedistis mihi manducare, sitiui & non dedistis mihi bibere, nudus, infirmus, in carcerem coniectus, & id genus alia, quæ maledictis opprobrabit, deinde & sententiam intolerabilem, quanquam

Ephe. 4.
Ephe. 5.
Philipp. 1.
Colos. 1.
Colos. 3.
Matth. 25.

Matth.7. iustissimã, pronũtiabit: Discedite a me oẽs ope
Matth.25. rarij iniquitatis, qa nescio vos, Item: Nõ noui
vos. Itẽq;: Ite maledicti in ignẽ æternũ, q para
tus est diabolo & ãgelis eius. Iã si ijs tã patulis
locis prophetas adhibuerimus, volumen, nõ en
Psalm.14. chiridion cudemus. Inquit Dauid: Dñe quis ha
bitabit in tabernaculo tuo? Et mox: Qui ingre
ditur sine macula, & operatur iustitiam, qui
loquitur veritatem in corde suo, qui non egit
Psalm.33. dolum in lingua sua. Item: Quis est homo qui
diligit dies videre bonos, Prohibe linguam tu
am a malo, & labia tua ne loquantur dolum
Iob.22. Diuerte a malo & fac bonum. Et Iob: Salua-
bitur innocẽs, saluabitur autem munditia ma
Psalm.23. nuum suarum. Itemq; Dauid: Quis ascendet
in montem domini? Innocens manibus & mũ
do corde, qui non accepit in vano animam su
am, nec iurauit in dolo proximo suo. Ita & Isa
Isa.58. ias: Frange esurienti panem tuum, & egenos
vagosq; induc in domum tuam. Cum videris
nudum, operi eum, & carnem tuam ne despe
xeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum,
& sanitas tua citius orietur, & anteibit faci-
em tuam iustitia tua. Eadem fere & Iezechiel
Iezec.18. fusissime deducit: Vir si fuerit iustus, & fecerit
iudicium & iustitiam, in montibus non come-
derit, & cetera. sequitur, iustitia iusti super eum,
vita viuet. In iustitia sua quam operatus est vi
uet. Iam de orationis frequentia, de ieiunio,
de eleemosynis, plena sunt sacra eloquia, adeo
q; Christus exigit opera hæc, vt testetur, eum
qui hæc neglexerit, plagis multis vapulandũ
seruum. Ille autem seruus qui cognouit volun-

tatem domini sui, & non se præparauit, & nõ Lu.12.
fecit secundum voluntatẽ eius, vapulabit mul
tis: qui autem non cognouit, et fecit digna pla Matth.10.
gis, vapulabit paucis. Ad operandum enim
in vineam domini a foro, ab inerti ocio vo-
cati sumus, alioqui mercedem nullam acci-
piemus. Porro, quid profuerit ingentem syluã
locorum adducere, cum Iacobus vno verbo, Iaco.2.
causam nostram obfirmet atq; diffiniat: Vis
autem scire o homo inanis, quoniam fides si-
ne operibus mortua est: Abraham pater no-
ster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens
Isaac filium suum super altare? Vides quoniã
fides cooperabatur operibus illius, & ex ope-
ribus fides consummata est. Moxq; cõcludẽs:
Videtis quoniam ex operibus iustificatur ho
mo, & non ex fide tantum. Stant hæc verba
aduersus omnium hæreticorum assultus, ipsis
etiamnum inferorum portis fortiora. Nisi for-
san Iacobi epistolam ceu apostolico spiritu in-
dignam repudiarint, verum eadem facilitate
& nos Paulum, cęterosq; ecclesiasticos scripto
res reijciemus. Quandoquidem & hos & illũ
nobis ecclesia tradiderit. Sed absit a Christia-
nis temeritas, adsit vero candor & animi iu-
dicium, quo si quid in altero offenditur, quod
alteri pugnare videtur, aut pie interpretetur,
aut vt in concordiam veniant scripturæ, quæ
a concordi spiritu inspiratæ sunt, conferãt lo
ci locis, scripturæ scripturis, tempora, personæ,
causæ, singula singulis, & ita demum cõperie-
mus, nihil in diuinis eloquijs, tantum abest in
apostolicis epistolis offendi, quod non ceu rota

in rota consonet, quadret, conspiret. Quod igitur Paulus inficiatur nos operibus salutẽ cõsecutos, nõ id agit quod fingũt Luterani, sed obtundit stultã, immo superstitiosam pharisæorum arrogantiã, qui posthabito & longe a tergo relicto Chrõ, suis operibus, suisq; viribus, deinde & crassissimis legis Mosaicæ ceremonijs salutem deputabant. Adeo Moses mordicus eis erat insertus, vt quãdoq; visus sit prorsus totũ Mosen eneruare, extenuare, eleuare, ac e medio tollere, quo facilius gratia Christi propagetur, tum in gẽtes, tũ in Iudæos. Hunc esse genuinum Pauli sensum tũ ex phrasi ipsa verborum, tũ ex epistolarum ad Roma. Galat. Ephes. & Coloss. argumẽtis facile sciri potest. Roma

Roma.10. nis inquit: Volentes suã stabilire iustitiã, iustitię

Roma.3. dei non sunt subiecti. Et arbitramur hominem iustificari sine operibus legis. Id q̃d luce clarius compertũ habemus in gẽtibus, qui promissorum dei participes facti sunt, sine vllis legis

Galat.5. Mosaicæ operibus. Ad Gala. Si circũcidimini, Christus nihil vobis proderit. Eadem fere de ciborum, sabbatorum, neomeniarum obseruatione

Coloss.2. apud Coloss. differit. Quibus omibus hoc potissimum agit, vt ostendat legis imperfectionem

Hebr.7. (siquidẽ lex neminẽ ad perfectũ adduxit, pædagogia em̃ fuit, quæ, vbi intrauit Christus, abrogata fuit & antiquata) nõ vt tollat bona opera e medio christianismi, cum toties ad opera, quibus certã nostrã facimus vocationẽ adhortetur. Multo enim alio proposito, q̃ Iudæi, potissimũ tamẽ pharisæi, qui repudiarunt Christũ, nos operamur. Nos em̃ Christo omia

ferimus accepta: Ipsi suo Mosi, atq; ob id meri tissime damnādi, vtcūq; in speciē opera quædam prætexant. Sine Christo em̄ nihil prosunt opera, quatenus ad meritū gloriæ attinet, etsi forsan alias ob causas transitorias prosint operantibus. Verum de ijs alias.

## Operibus ex charitate illicitis, ex diuino decreto meremur, quibus & merces uitæ æternæ debetur. V

Meritū, vt multis visum est, vtq; res ip̄a habet, dicit̄ esse officiū præstitū, cui debet̄ gratia mutua, seu merces, q̄n iam satis in confesso sit, operibus ex pacto diuino deberi mercedē, nemo est qui negare debeat, operibus & meritū aliquod (vtcūq; tandē accipiatur vox) deberi. Mereri siquidē stipendij gr̄a est militari, vt Varro testis est. Nō quidē suapte natura, operibus meremus, ac propria æstimatiōe, qua tam exiguū opus tanto præmio. tantaq; retributione dignum sit, sed quia ex gratia ac dilectione, quæ non separo, voluntatem pulsante productum est, tantoq; & honore & gloria & mercede, a deo dignum ducitur. Qui cum sit iustus & æquissimus remunerator, non potest non remunerare, ex decreto iustitiæ, bene ac impie operantes in vinea domini. Ita plane testatur in Matthæo: Conuentione autem facta ex denario diurno, misit eos in vineā, dicens: Ite in vineam meā, & quod iustū fuerit, dabo vobis Et mox: Voca operarios, & redde illis mercedem: Sic in lib. Paralipo. Erit merces operibus v̄ris. Et Abrahæ fideli: Ego ero merces tua ni- Matth. 20. 2. Para. 15. Gene. 15.

mis.Iam & sapiens rationem meriti atq; mer
Prouer.11 cedis ostendit: Impius facit opus instabile, semi
nanti autem iustitiam merces fidelis. Itemque
Sapien.5. alibi: Iusti in perpetuum viuent, & apud domi
num est merces eorum: ideo accipient regnum
decoris, & diadema speciei de manu domini.
Sapi.10. Et rursus: Reddidit iustis mercedem laborum
suorum, & apud dominum est merces eorum.
Sic quoq; in Ecclesiastico spem facit iustis, vti
præclaris operibus incumbant, quãdoq;, olim
reposita sit in promissis diuinis merces eorum:
Eccle.2. Qui timetis, inquit, dominum, credite illi, &
non euacuabitur merces vestra. Et iterum: O-
Ibidem. 16 mnis misericordia faciet locum vnicuiq; secũ
dum meritum operũ suorum. Obserua & ipsam
voculam, meritum hic sacris exprimi literis,
id quod cernere nequeunt, qui tenebris cimme
rijs obductos habent oculos. Itidemq; & ad
Hebr.13. Hebræos facit Paulus: Communionis, inquit,
& beneficentiæ nolite obliuisci, talibus enĩ ho
Apoca.22. stijs promeretur deus. Rursusq; in Apocalypsi
Merces mea mecum est reddere vnicuiq; iu-
xta opera sua. Accedit & illud Ieremiæ: Qui-
Ierem .31. escat vox tua a ploratu, & oculi tui a lachry-
mis, quia est merces operi tuo dicit dominus.
Matth.5. Rursusq; in euangelio Christus: Gaudete &
exultate, quoniam merces vestra copiosa ẽ in
cælis. Eo pertinet & illud. Qui recipit prophetã
Ibidem.10 in nomine prophetæ, & qui recipit iustũ in no-
mine iusti, mercedem prophetæ accipiet. Itẽq;
Quicunq; dederit potum aquæ frigidæ tantũ
in nomine discipuli, hoc est Petri, Pauli, Iohan,
Antonij, amen dico vobis non perdet merce-

dem suam, id Christus, id tota fatetur ecclesia, Contra antichristi, negant tum meritum, tum mercedem vllam ijsce operibus repositã. Rursusq; Christus: Dignus est operarius mercede sua. Et reddet vnicuiq; secundum opera sua. Item: Inuenit illos dignos se. Et digni habiti sunt discipuli pro nomine Iesu contumeliã pati. Sic & dignos nos fecit deus quod in sortem sanctorum vocati, hæreditais æternæ participes facti sumus: hinc manifeste colligimus dignitatem operum nostrorum, meritorum, ac mercedis olim repositæ, Annotandum & illud quod astruit in citatis locis, opera nostra, merces vestra, vel opera sua: nostra enim, sua, vestra, pronomina sunt, quæ & cooperationem liberi arbitrij & electionem important, perinde atq; dignus meritum ac gratiæ præsidium. Adde ijs, quæ strenuus ille gratiæ propugnator testatur ad Romanos scribens, Reddet, inquit, vnicuiq; secundum sua opera. His quidẽ qui secundum patientiam boni operis, gloriã & honorem, & incorruptionem quærentibus, vitam æternam. His autem qui sunt ex contẽtione, & qui non acquiescunt veritati, credũt autem iniquitati, ira & indignatio, in omnem animam hominis operantis malum. Et iterũ: Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Itemq;: Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, Qui autem in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Et alibi: Fratres, qui parce seminat, parce & metet. Moxq; citatis ex Daui-

Matth.10. Matt.16. Sapien.3. Actu.5. Coloss.1. Roma.2. 1.Cor.3. Gala.6. 2.Cor.9.

de versibus. Dispersit dedit pauperibus. iustiti-
Philip.1. a eius manet in se. sec. Alludit & illud. Mihi vi
uere Christus est, & mori lucrum. Quale lucrũ
si nullum meritum operi respondens? Et rursus
dum seruorum erga dominos obedientiam de
scribit, quo expeditiores ad perficienda iussa,
Coloss.4. inquit: Quodcunq; facitis, ex animo operami
ni, sicut domino & non hominibus, scientes q
a domino recipietis retributionem, quæ ob me
ritum dari solet, hæreditatis. Porro cũ deus iu-
Psalm.10. stus sit, iustitiasq; diligat, iustitiæ autem sit uni
cuiq; reddere quod suum est, quod iustum, con
sequitur necessario, operibus ex charitate eli-
citis deberi meritũ, deberi p̃miũ, deberi mer-
cedem, idq; ex diuino decreto, quo clementis-
mus ille pater pro sua liberalitate, sua se spon-
te nostri debitorem constituit. Conuenit enim
nobiscum ex denario diurno, quẽ ad vesperũ
dabit. Ita eleemosynis, ita orõi, ita ieiunijs, ali-
isq; misericordiæ ac pietatis exercitijs promit
Matth.6. tit mercedem olim apud patrem repositã. pa-
ter enim qui videt in abscondito, reddet tibi: id
quod palam Paul. ad Tim. testatur. Bonũ cer
2. Timo.4. tamen certaui, cursum consummaui, fidem ser
uaui: de reliquo reposita est mihi corona, iusti-
tiæ, quam reddet mihi dñs in illa die iustus iu-
dex. Nõ eñi est tam iniustus deus, vt obliuiscat̃
Hebr.6. operis vestri, inquit idem ad Hebræ. Et Iob. O-
Iob.24. pus enim hominis reddet ei. Itaq; cum Paulo
Roma.15. concludendo dicimus, Cõstantes estote, & im
mobiles, abundantes in omni opere bono, sci-
entes quoniam labor vester non est inanis
in domino. Si non est inanis, plenus erit me

tito, plenus & mercede, semper durans, semper pmanens. Hinc Christus: Ego elegi vos de mũ do, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. His consequitur primum, Deum operâ ipsa cum mala tum bona respice re, hæc vt cælesti præmio remuneret, illa vero perpetuis aut temporarijs pœnis animaduertat. Sic respexit ad Abel & ad munera. Sic ad opera Iosaphat, quibus & cõdonationẽ pœnę interminatæ cõmeruit. Ita enim habet textus scripturæ: Impio prebes auxiliũ, & ijs qui oderunt dñm iungebaris, & idcirco quidẽ irã dei merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te, eo ꝙ abstuleris lucos de terra Iuda, & prępara ueris cor tuũ, vt requireres deũ patrũ vestroꝝ. Et Dauid: Da illis secundũ opera illorum, & secundum nequitiã adinuentionũ ipsoꝝ. Secundum opera manuũ illoꝝ retribue illis. Sequit, destrues eos, & nõ ædificabis. Et de bonis operibus Solomon: Bibe cum gaudio vinum tuũ, quia deo placẽt opera tua. Sic & Christus: Venit hora in qua oẽs qui in monumẽtis sunt, audient vocẽ filij dei, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ, q vero mala egerunt in resurrectionẽ iudicij. Et Paulus: Omnes nos manifestari oportet añ tribunal Christi, vt referat vnusquisq; prout gessit in proprio corpore, siue bonum, siue malum. Sic & in Apocalypsi, post librorum conscientiæ apertionem dicitur: Et iudicatum est de singulis secundũ opera eorum. Non inquit, secundum incredulitatem eorum, vt fingunt Luterani, sed secundum opera eorum. Astipulatur ijs IEREMIAS.

Iohan.15.
Gene.4.
2.Para.19
Psalm.19.
Prouer.9.
Iohan.6.
Roma.4.
Apoca.20.

Ierem.25. Reddam eis secundum opera eorum. Iam &
Roma .1. Paulus non semel testatur eos dignos morte, a
1.Cor.5. regnoq; cælesti arcendos, qui rebelles sunt, qui
auaritiæ dediti, qui nescij fœderis, qui immun
di, qui blasphemi, quorum in tenebris sunt ope
ra, quos æterna tormenta, vt est apud Petrū,
1.Pe.2. manent. Hæc vera opera esse, quis ignorat?
Gene.18. Receperunt olim Sodomitæ secundum opera,
Mat. 23. receperunt & Iudæi grauissimum iudiciū, de-
Ione.2. niq; & Niniuitis ob opera pepercit deus. Iam
Iohan.3. & Christus idem confirmat: Hoc est iudicium,
quia lux venit in mundum, & dilexerunt ho-
mines magis tenebras q̃ lucem, Sequit: Erant
enim opera eorum mala. Et iterum Iohannes:
Apoca.14 Opera illorum sequuntur illos. Quoties enī de
Deute. 32. us olim offensus est generationi prauæ & exa
Exod.16. speranti Iudæorum ob idololatriam, ob mur-
Leuit. 16. murationem & iniustas aduersus deum que-
1.Para. 9. relas. Quoties grauissime in eosdem animad-
Isa.47.
Iereml. 31. uertit, modo gladium, modo famem, modo pe
Iezech.13. stem, & cæteras plagas immittendo ob pecca
ta, & hominum iniquitates. Deſæuit enim ira
dei vehementer in populum, adeo vt tandem
prorsus in varias, easq; durissimas, seruitutes
abierit: quarum omnium calamitosior nulla ē
ea, in quam etiamnum coniecti sunt seruitutē
Exod. 20. ob innocentissimam Christi mortem. vindex
Num.12. enim est deus omnium malorum, visitās parē
tum peccata in filijs, etiam vsq; ad quartam
generationem. Consequitur secundo: Ope-
rum respectu nos beatitudinem sperare posse,
modo primarius oculus non sit mercenarius,
sed ex iustitiæ amore deo inhæreat, atq; subin-

de in opere exeat. Id est quod indicat Christus, Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Eo modo fatetur Dauid, se quandoq; deum coluisse: Inclinaui, inquit, cor meum, ad faciendas iustificationes tuas, propter retributionem. Et Paulus: Quis enim militat stipendijs suis vnq̃? Quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit? Sequitur: Quoniam debet in spe qui arat, arare: et qui triturat, in spe fructus percipiendi. Atq; mox: Omnis qui in agone contendit, abstinet se ab omibus & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Coronã igitur spectare possumus, quam pollicitus est deus feliciter certantibus. Immo admodum profuerit bene operantibus, nõ solum deum ipsissimam beatitudinis mercedem, ac propter seipsum adamandum bonum, ob oculos ponere, q̃q̃ id maxime oporteat, sed etiamnum cõmodum illud naturæ, quo amore concupiscentiæ id expetimus, quod nobis vtile, modo appetentia non sit corrupta. Corrumpitur autẽ, si summo bono posthabito, solis nostris cõmodis obsequamur, eaq; sola spectemus, id quod esset abuti deo, & perperam vti commodo ac felicitate propria. Itaq; licebit, modo ordine quodam fiat, spectare retributionem mercedis, licebit spectare coronam perseuerantibus exhibendã, alioqui cur toties sacræ literæ hæc ipsa promitterent, proponerent? Nemo eñ coronabitur, inquit Paulus, nisi qui legitime certauerit. Et Iohannes: Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ: Quorsum

Matth. 6.
Psalm. 118
1. Cor. 9.
2. Tim. 2.
Apoca. 2.

Psalm.14. & illud: Retribue mihi secūdum iustitiam meam? Et illud: De fructu oris sui vnusquisq; re-
Pro.12 plebitur bonis? & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei? Quorsum & illud Pauli.
Ephesi. 6. Vnusquisq; quodcūq; fecerit bonū, hoc recipiet a domino, siue seruus siue liber? Et rursus
Coloss. 3. Quodcunq; facitis, ex animo operamini sicut domino, scientes quod a domino recipietis retributionem hæreditatis. Hinc & Christus sci sciscitanti Petro quidnam premij ijs repositū esset, qui sui ob gratiā omnia reliquissent, respondit. Vos qui reliquistis oīa, & secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim. Et mox, Et oīs
Mat.19. qui reliquerit domum aut agrum, sequitur, cētuplum accipiet & vitam æternā possidebit.

## VI Non in quouis opere homo peccat, secūdum peccati exactam rationē.

Principio profandum est peccatum hoc loci auersionem dici a summo ac incommutabili bono, ad caduca & volubilia, & q̄ vix boni nomine censenda sunt. Ad quē modū quæ-
Ierem. 2. ritur dominus apud Ieremiam. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerūt fontē aquæ viuæ: quoad auersionis indignitatem; foderūt sibi cisternas dissipatas, quo ad caducas et res volubiles, quæq; a deo animum abalienant. Iam quando ex superioribus conspicuum sit, opera quædam esse vitæ æternæ digna, q̄bus non ira, sed gloria & honor a deo promittunt, consectarium erit, nō in omni opere hominem peccare, maxime cum se gratiæ diuinæ accōmodat, quod tum facit, dum ad ipsum erigitur

contenditq; ipsi adhærere, fide, spe, ac charita te innitens super dilectum. Neq; enim eiusmo di affectus peccati ratione, sed meriti, sed laudis, sed digne operantis habet. Deinde & illud obseruatu dignum, tria esse genera operum: Primum quod natura duce ac ratione quadã producitur. Siquidem natura insculptã habet legem, qua dijudicare potest, si summa optimaq; spectet, neminem ledendum, quodque malum vitandum, omne quod rationem recti bonique in se complectitur, faciendum, deumque parentesq; venerandos, sibi facere q̃d alteri velit fieri. Qua & gentes quondam mo deratæ sunt, vt testatur ad Romanos Paulus, adeo vt Ethnicorum pleriq; multis Christianis iustiores fuerint. Verũ operibus ex hac naturæ lege promanantibus nihil meremur, nisi adsit charitas, Id quod testatur Paulus: Si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas. & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam charitatẽ nõ habuero, nihil mihi prodest. Quã q̃ autem ijs operibus merces æterna non debeatur, non tamen ijs peccatur aut delinquitur, alioqui implens substantiam actus p̃cepti, deum parentesq; colens, operam dans bonis ac liberis studijs, peccaret, id quod tam a vero abhorret q̃ q̃d maxime põt, nisi forsã & ĩ ijs circũstãtia vel ĩtẽtionis, vel finis debiti, vt dici solet sit corrupta, id q̃d nõ semper ac in oĩbus vsu venit. Alterum genus operum eorumest quo prorsus auertimur a deo, nostrasque voluptates, cõcupiscentias, affectus ac desideria nõ secus ac bruta sequẽtes. His operibus non

Roma. 2.
Mat. 7.
1. Cor. 13.

gloria paratur, sed æterna tormēta, sed tophet
Isa,30. ab heri & nudiustertius, vt ait propheta: Red
dunt enim hæc opera mox vbi patrata fuerit,
æternæ morti obnoxium operantem, teste pro
Iezech. 18 pheta: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Et
Roma.1. Paulus: Qui talia agunt, dig. sunt mor. Q̄ꝫ q̄ &
sub eo statu peccatores, potissimum vbi actus
peccati desijt. Non enim semper eligunt actū
auersionis, aut peccati, in quouis alio opere
non peccent. Nempe dum peccatis obnoxij,
largiuntur eleemosynas, orant, venerantur pa
rētes, cęterisq; pietatis officijs student, nisi for
san peccato omissionis, quo negligunt sese ad
gratiam parare. Tertium operum genus est
eorum, quod ferax illa ac viuificans fides, co-
operante motrice charitate produxit, et id qui
dem non modo nō est peccatum, sed etiamnū
vitæ æternæ dignum: estq; prorsus a peccato
alienum, secundum exactam rationem pecca
ti. Eo genere operum non peccare nos, vel ex
eo liquet, quod ea toties scripturæ sanctum, iu
stum, bonum, deoq; dignum commendent. Sic
Matth.26 Christus Mariæ vnctionem commendauit: Si
Iohan.12. nite, inquit, illam, bonum opus operata est: De
hoc genere operum & in prouerbijs Solomon
ita pronuntiat: Desiderium iustorum omne bo
num est. Si quidem bonum, nō erit peccatum.
Miche.6. Ad idem Micheas: Indicabo tibi quid sit bo-
num o homo, & quid dominus requiret a te:
Vtiq; facere iudicium, & diligere misericor-
diam, & solicitum ambulare coram deo tuo.
Roma. 2. Sic & Paulus testatur: Gloria & honor omni
operanti bonum, Iudæo primum & Græco: Et

rurſus:Prouidemus enim bonum nō ſolum co ram deo,ſed etiam coram omibus hominibus. Roma. 12.
Sic:Bonum eſt mulierem non tangere, Melius qui virginem ſuam matrimonio non iungit. 1.Cor.7.
Et:Bonum eſt non manducare carnes, & non bibere vinum,vel illud in quo frater ſcandalizatur. Roma,14.
Ita quoq; interpellare apud deum pro regibus,proq; ijs qui magiſtratum gerunt, bonum & acceptum eſt coram deo. 1.Timo.2.
Et in eleemoſynarum largitione præcipit vt abundent in omne opus bonum,ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit dedit pauperibus. 2.Cor.9.
Quod vero non in quouis opere bono peccemus, idem teſtatur Corithijs ſcribens:Euigilate,inquit,iuſti & ne peccetis, id non monuiſſet, ſi peccatum omnino caueri non poſſet. 1.Cor.15.
Adde quod Chriſtus:Si oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus lucidū erit. Si totum lucidum,iam non peccatum,vt fingit Luterus. Matth. 6.
Accedit ijs Petrus: Hæc enim facientes (quæ videlicet præmiſit de bonis operibus) nō peccabitis aliquando, Apertius & Iohannes: Qui ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas dei perfecta eſt. 1.Iohan. 2
Et: Omnis qui manet in eo nō peccat:Moxq;:Qui facit iuſtitiam,iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt.Omis qui natus eſt ex deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quia ex deo natus eſt.Iam facere iuſtitiam,non peccare, in deo manere,immo non poſſe peccare, ſiquidē in deo manemus,ex diametro pugnat cum eo quod fingit Luterus.ſ.in quouis opere peccare nos.Iam & illud obſeruandū, ꝙ agens ex charitate,non peccat,quandoquidem diuinā im-

pleat voluntatem, qua præcipitur: Diliges do
Deuter. 6 minum deum tu. ex to. corde tuo, q̃d præce-
ptum nunq̃ dedisset homini, si om̃e opus bonũ
pct̃m esset. Tum em̃ & ipsa in deum dilectio
peccatum esset, id quod non modo falsum, sed
& impium est de optimo prudentissimoq; le-
gislatore sentire, quasi vero odium sui ac a se
auersionem præcepisset. Siquidẽ peccare ẽ se-
se a deo auertere: quo sequeretur & illud oĩm
absurdissimum, quempiam reperiri, qui eodẽ
actu sese & auerteret a deo Opt. Max. & sub
idem temporis momentum omnibus eodem
modo se h̃ntibus conuerteret, id quod nec ima
ginabile quidem, nisi in somniantium scholis
& cripticis Lutteranorum conuẽticulis. Quæ
Esai. 64. vero nonnulli de menstruatæ mulieris panno
ex Isaia obijciunt, non ijs quæ dicta sunt obui
ant. Loquitur em̃ propheta de calamitoso sta
tu populi, quo omnia fere sacra prophanaban
tur, lex, sacerdotium, ceremoniarum ritus, &
id genus alia, per hostes contaminata, adeoq;
polluta, vt panno menstruatæ mulieris similia
forent. Estq; hic tropus frequens in sacris lr̃is.
Iã & illud quod ex Paulo adducũt, nõ pĩrimũ
momẽti aduersus opa habet, quæ ex fide pro-
Roma. 3. manãt, Q; q̃ em̃ oĩs hõ mẽdax sit, oẽsq; decli
nauerit, sintq; ĩutiles facti, et egeãt gr̃a dei, ijs
t̃n nõ probat nos oẽs om̃i in ope peccare, q̃d
ex gr̃a proficiscit, alioqui et ipse propheta mẽ
dax, et ipsũ oraculũ ac vaticinium mendaciũ
Nõ igit id egit Paulus q̃ ondẽret oĩa opera no
stra peccata, sed retũderet & gẽtiũ, et Iudeorũ
citro vltroq; de sua iustitia certãtiũ stultã arro

gantiam. Iã & illud obseruandũ, ne quis pharisaica audacia permotus sibi deputet, sibique ascribat q̃d præclare gestũ est. Ne quis(ĩquit) 2.Cor. 11.
glorieť, sed vt totus mũdus subditus sit Chr̃o. qui oĩm fuit innocẽtissimus, & si cui gloriãdũ ipsi deputet gloriã, honorẽ, opera, gr̃am, merita. Cũq; oĩa bñ fecerit fateať se seruũ inutilẽ & qui quod debuit nõ fecerit. Cuius iustitia si Lucæ. 17.
ad diuinam iustitiã æquilibriũq; cõparata fuerit, nõ mõ nõ mũda, sed nulla erit. Eiusmodi af Iob. 4. et 9 et 25.
fectu locutus est Iob: Nõ iustificabiť homo cõparatus deo, & si lotus fuero non ipsũ ignorat aĩa mea. Q̃r q̃ alias multa opera bona gesserit quæ nullis pc̃is fuerũt obnoxia, humilitatis tñ fuit, se pctõrẽ fateri. Quo aĩo & Paulus lo- 1. Cor. 4.
quitur. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Aliud enim est peccare in oñi opere, aliud ex humilitate se fateri iniustũ, blasphemum, indignum, & omnium nefãdissĩmũ hoc enim ex gratiæ pulsu, illud ex auertente se animo a creatore proficiscitur: hoc gratiã custodit, illud abiĳcit atq; a se profligat. Sicut aliud est pectm̃ in se habere, aliud data opera peccare. In se habẽt peccatum & sancti viri, dum fomitem, tyrannidemq; experiunť ĩdies bono Roma. 7.
remurmurãtẽ q̃ morbo Paul. se fateť laborare.
Inuenio, ĩquit, aliã legẽ in mẽbris meis. &c. ad 1. Iohan. 1
quẽ modũ & Ioha. fateť. Si dixerimus qm̃ peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus: qui tñ 1. Iohan. 3.
mox subsecutus, neminẽ posse peccare, ĩ q̃ semẽ verbi dei firmauit suas radices, ait, porro & is peccatum in se diciť habere, qui quamq̃ actu non peccet, obligatus atque obstrictus

tamen manet, æris alieni soluendi, obstrictus pœnæ debitæ peccato. Ad quam soluendam, opus est orationibus, eleemosinis, ieiunijsq; vacet. Inquit enim Daniel: Peccata tua eleemosi
Daniel.4. nis redime. Transijt enim peccatum superbię, verum mansit pœna, quæ eleemosynis diluenda erat.

## VII. Præcepta dei homini Christiano, gratiæ assentienti, non sunt impossibilia.

Satis in confesso est, deum Opti. Maxi. non tam iniustum, tam crudelem, tamq; vecordē, vti ea præcipiat, quæ factu prorsus forent impossibilia: alioqui iustā haberet homo suæ trāsgressionis excusationem, & iniustissimus eēt, qui infligeret pœnam deus ijs, qui vitare nequirent, quod iubetur. Inquit enim ad Roma.
Roma.3. Paulus: Alioqui iniustus est deus, qui infert irā. Sed absit, vt tam impie de prudentissimo legislatore sentiamus. Dedit enim leges & mandata: quæ q̄q̄ caro horreat irascens, ea tamē animus volens amplectitur, procq; virili sua ijs obtemperat. Id vt commodius possit, sese gratiæ pulsanti accommodat. Quę omnibus obuia ē, modo instent, modo velint, modo id præstent quod in se est, non reluctentur, non abijciant,
Psal.144. sed implorent. Testatur id Dauid: Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in verita-
Luc.11. te. Rursusq; Christus: Petite & dabitur vobis.
Matthei.7 Quid? Nimirum spiritus bonus, spiritus adiu-
Roma.8. uans infirmitatem nostram, qui etiamnum postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Potens enim est deus omnem gratiam abundare

facere in vobis (inquit ad Corinth. Paulus) vt 2. Corin.9
in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Abū-
de ergo administrabitur nobis gratia, siquidē
instemus, siquidem nostræ orationes sine inter
missione innotescant apud deum. Qua assistē-
te, facilia sunt omnia. Omīa, inquit, rursus pos Philip. 4.
sum in eo qui me confortat Christus. Item: Nō 1. Cori. 15.
ego, sed gratia dei mecum. Non enim sumus 2. Cori. 3.
sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex
nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui dat
omnibus affluenter, & non improperat. Itaq; Iacobi. 1.
dabit & robur implendi illud quod iussum ē.
Proinde scripturæ ipsæ testantur, diuina mandata nō esse supra vires nostras. Hinc in Deu Deute. 30.
teronomio dicitur: Mandatum quod ego præ Roma. 10
cipio tibi hodie, nō supra te est, neq; procul po
situm. nec in cęlo situm, sed iuxta te est, sermo
valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illū.
Considera q hodie proposuerim in conspectu
tuo vitam & bonum, & econtrario mortē &
malum, vt diligas dominum deum tuum, &
ambules in vijs eius, & custodias mādata eius
& ceremonias atq; iudicia, & viuas: Sequit̄:
Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum. Iam vbi electio, ibi non est impossibilitas
operis, sed facilitas, modo animus sibi bene cō-
stet, sibiq; consulere possit. Ad quem modū &
Iohannes loquitur: Mandata eius grauia non 1. Iohan. 5
sunt. Præterea illud non est impossibile factu,
quod non semel legitur gestum, opereq; imple
tum, cuiusmodi est de dei mandatis, atq; ob id
consentaneū erit ea non impossibilia. Legunt̄

Leuit.10. enim pleriq; cum uiri, tū imbecillior sexus muliebris legem dei implesse. Hinc in leuitico dicitur de promiscua multitudine: Fecerūt, inquit, omnia iuxta præceptum domini. Sic Noe, sic

Gen.6. Gene.17. Abrahæ præcipitur, ut sit perfectus coram eo. Si quis obstrepat, imperandi uerbum non probare possibilitatē operis. Verum, & si nō probet opus effectū, id tamen indicat eum qui præcipit modo prudentia moderetur, impossibilia nō mandare, alioqui aut stultus, aut insanus, aut tyrannus dicendus esset, iusteq; imperanti rīderetur: Ipse facito quod iubes: nā faciēdi facultatem ipse aufers qui obedientiā exigis. Ad

Deute.18 dendū quod Israeli præcipitur: Omnia hæc abominat̄ dn̄s, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu suo, pfectus eris & absq; ma

Iosue.24. cula cū dn̄o deo tuo. Et Iosue: Nunc ergo timete dn̄m, & seruite ei corde perfecto atq; uerissimo. Sequit̄: Sin aūt malum uobis uidet̄, ut dn̄o seruiatis, optio uobis dat̄. Vbi optio, ibi nō est coactio, neq; impossibilitas, sed consilium, sed electio, cuius est in eam partē deflectere quam uolet. Neq; igitur rursus supra humanas uires sunt omnia præcepta dei, siquidem optio eius

Roma.7. datur. Velle (inquit Paulus) mihi adiacet perficere nō inuenio. Velle possibilitatem uirium indicat, perficere adiutricem gratiā desiderat. Proinde & Dauid fatetur se dei mandata im

2.Reg.22 plesse: Retribuet mihi dn̄s secundū iusticiā meam, & secūdū munditiā manuū mearū reddet mihi: Quia custodiui uias dn̄i, & nō egi impie a deo meo. Omnia em̄ iudicia eius in cōspectu

3.Regū.15 meo, & præcepta eius non amoui a me. Et ero

perfectus corã eo, & custodiã me ab iniquitate
mea. Sic & de Aza: Verũ tñ cor Aza perfectũ
erat corã dño cũctis diebus suis. Idẽ Ezechias
de se fatet, dũ mortẽ deprecaret: Obsecro dñe,
memẽto quomõ ambulauerim coram te in ve 4. Re. 20.
ritate & in corde perfecto, & quod placitum
erat coram te feci. Nec frustra dictũ putemus,
corde perfecto, siquidem impossibile forent di-
uina mandata homini, non perfecto corde di-
xisset, sed magis dñm accusasset iniusticię, qui
id exigeret, quod præstare esset impossibile. Iã
& Christus æterna sapientia, cui & uirium hu
manarũ, cum robur, tum imbecillitas explora Mat. 7.
tissima erant, præcipit: Estote perfecti sicut &
pater uester cælestis perfectus est. Et Paulus: 2. Cor. 13.
Gaudete: perfecti estote. Et Iacobus: Patien- Iacob. 1.
tia opus perfectum habet. Accedit quod Iob Iob. 1.
uir simplex, & rectus, recedensq́ a malo, dein
de qui non peccauerit, id quod difficillimum Iacob. 2.
æstimat Iacobus, in labijs suis, neque stultum
quid contra dominum locutus est, adeo ut eti-
am ore dominico laudatus sit: Non estis (in-
quit dominus) locuti coram me rectum, sicut
seruus meus Iob. Eadem fere de Dauid aduer- Iob. 41
sus Hieroboam dominus testatur: Non fuisti si 3. Re. 8.
cut seruus meus Dauid, qui custodiuit manda et 11.
ta mea, & ambulauit post me in toto corde 2. Para. 6.
suo. Id quod & ipse Dauid agnoscit: In toto Psalm. 118.
corde meo exquisiui te nocte. Iam & paren- Luc. 1.
tes Iohannis leguntur ambulasse in omnibus
mandatis & iustificationibus domini. Hic,
qui uerbo imperandi eludere uolunt omnia,
conuincuntur uerbis indicandi modi præteriti

temporis. Quibus palam fit, mandata non impossibilia homini, qui sese gratiæ pulsanti accommodat, alioqui frustra essent nō modo mā data, sed etiam omnes monitiones, prohibitiones, expostulationes, tot minæ, tot promissiones. His non pugnat Pauli dictum: Impossibile erat legi, & carni &c. Suo enim more loquitur, quo & alias pro Christi gratia plerunque facit, dicens: Neminem ad perfectū adduxit lex. Impossibile equidē fuit legē auferre pctā, delere chirographum damnationis; reconciliare genus humanum. Id enim vni Christo ferimus acceptum, qui fecit vtrunque vnum, medium parietem soluens, vt in se duos homines cōderet, id quod habet Paulus. Hactenus de fide, de charitate, de spe, de operibus bonis, quę dici cōmodum rati sumus, dicta sufficiant. Cæterum est, vt & reliqua eo ordine quo cœpimus prosequamur.

Rom. 8. 11. Hebr. 7. Ephe. 2. Colos. 2.

VIII. Vna est ecclesia Christi, quæ quanq̃ inuisibiliter a spiritu sancto regatur, est tamē & in manifesto palamque cognoscibilis.

Sunt qui ecclesiam in solo spiritu consistere putant, neque visibiliter cognosci, sed latentem ac occultam volunt. Quibus id imposuit, quod externa omnia opera damnant, nullisque vel ceremonijs, vel operibus declarare volunt, se ad idem corpus pertinere. Spiritu enim se putāt regi, dum omnium qui uiuunt sunt carnalissimi, cæci vtpote & duces cæcorum. Ecclesia catholica q̃uis spiritu Christi regatur, est tamen palam cognita. Quippe quæ dum eisdem sacra-

Mat. 15.

mentis, eodem verbo dei, ijsdem ministris, cere moniarumq; varietate dignoscitur, manifesta rium est hanc non solum in occultis angulis la titare, sed totum per orbem terrarum, id quod & ethnici atq; Iudæi fatentur, diffusam. De hac vna ecclesia inquit Dauid: Apud te laus Psalm. 21. mea in ecclesia magna: & iterum: In ecclesijs Psalm. 67. benedicite deo domino. Rursusq;: Exaltent eū Psalm. 106 in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum lau dent eum. Cuius firmitatem ac immotam fidei vnitatem Paulus testatur. Hæc scripsi, vt sci- 1. Timo. 3. as quo modo oporteat te in domo dei conuer- sari, quæ est ecclesiā dei viui, columna verita- tis & firmamentum. Non enim decet hanc flu Ephes. 4. ctuare ad omnem ventum doctrinæ. Et quan- tum ad eius vnitatem, q̄q̄ fidei articulus satis- faceret, quo credimus vnam catholicā & apo stolicam ecclesiam, ipse tamen Paulus satis af firmat hanc, atq; asserit, et ꝙ manifesta sit vel ex vocula corporis, satis datur intelligi. Hinc Romā. 12. dicit: Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autem membra nō eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Dum corpus dicit, ecclesiam intelli- ge, quæ est catholicorum congregatio. Eadem fere Corinthijs: Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Sequitur: Sicut enim cor 1. Cor. 12. pus vnum est, & membra habet multa, omia autem membra corporis cum multa sint, vnū tamen corpus sunt: ita (inquit paulo inferius) & Christus: Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi. Eadem &

Eph. 9 Ephesijs præcipit. Vnum corpus, unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis ue-
E p .1. stræ. Vnus dominus, una fides, unū baptisma,
Col 1. Itemq;, Ipsum dedit caput super oēm ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius.
Cantic.6. Hanc ecclesiæ unitatem in canticis Solomon indicat, Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. De hac
Psalm.48 multa olim uaticinati sunt prophetę ac sancti
Psalm.30. uiri. Inquit enim David, Simul in unum diues & pauper. Et rursus, Ecce q̄ bonum & quam iucūdum habitare fratres in unum. Eadem &
Ose.1. Osee, inquit, Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponēt sibimet caput unū, & ascendent de terra, quia magnus d es Israel. Congregati nanq; sunt filij non Iudæ illius carnalis, qui Christum ablegauit, atq; a se ceu meretrix repudiauit, sed eius qui hunc confitetur esse seruatorem, totiusq; salutis nostræ autorem, quiq; huic capiti, quod Cristus est, innititur. Id quod & Dauid testatur. Ecce q̄ bonū
Psalm.131. & q̄ iucundum habitare fratres in vnū. Sicut vnguentum in capite, Christo, quod descendit in barbā barbā Aaron, apl'os, primoresq; fidei nostræ. Moxque huius connexionem ac influxum subindicans, infert: Quod descendit in oram vestimenti eius. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem & vitam vsque in seculum. Vides q̄ pulcherrimo ordine omnia cohærent, omnia connexa, ac in vnum corpus coacta sunt, A Christo enim in apostolos, qui barbæ nomine, ab apostolis in nos, qui lōgo interuallo, perinde atq; vestimēti ora, distamus

a patrũ vestigijs, gratiarum influxus producitur, omnia autem a deo Opt, Max. Nam inquit Paulus, Caput viri Christus, caput vero Christi deus. Verum quãtum ad ecclesiæ vnitatẽ attinet, satis puto dictum, id solum adijciam. Hanc ecclesiam omnes in vniuersũ orthodoxos, cum viuos, tum mortuos continere, qui eadem fidei sacramenta, idem baptisma, eundem seruatorem Christum, eandem ecclesiæ autoritatem profitẽtur, de quibus mox plẽraque multa. 1.Cor.11.

## Vnum verbum dei est, quo ecclesia pasta est ad hæc vsque secula, quo sancti patres illuminati, se aliosque erudierũt. IX.

Non abs re fuerit, de verbi dei potentia, ac eiusdem in nos propagatione, pauca subijcere. Certum enim est, hoc verbo pasci ecclesiã. Nõ (inquit Christus) in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Mat.4. Sumus enim in deserto, in quo verbo dei non secus atq; filij Israel manna fouemur, nutrimur, ac sustentamur. Id vero non alias, nisi in vnius ecclesiæ fidei cõsistentes confessione, ad finẽ vsque durauerimus. Extra ecclesiã catholicã non fit viuax & efficax verbi propagatio q̃quam extra hanc occidens litera regnet, multisq; ĩponat. Quocirca non quisq; ingentẽ verborũ syluã citãs, mox uerbi vim ac spm̃ habet sed q ĩ unius eccl'iæ fide pseuerãs humiliter pulsat, humiliter adit ianuã illã nõ patẽtem postulans trinitatis sibi panes distribui. Atq; ob id Christus, Confiteor tibi pater dñe cæli & terrę Matt.11.

ꝙ abſconderis hęc a ſapientibus & prudenti-
bus, & reuelaris ea paruulis. Soli igitur paruu-
li ac filij eccleſiæ vnius catholicæ & apoſtoli-
Pſalm. 27. cæ paſcuntur, Hinc Dauid: Dominus regit me
& nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me col-
locauit: Super aquam refectionis educauit me:
Paraſti in conſpectu meo mẽſam, aduerſus o-
mnes qui tribulant me. Moxq́ eccleſiæ vnita-
tem ſignificans, infert: Et vt inhabitem in do-
mo domini omnibus diebus vitæ meæ: Hanc
1. Timo. 3. domum Paulus vocat eccleſiam dei viui, quã
obrem extra hanc non eſt quod tibi verbi potẽ
Iſa. 66. tiam arroges. Teſtatur id Iſaias: Ecce ſerui mei
comedent, vos extra eccleſiam eſurietis, ſerui
mei bibent, vos ſitietis. Huius verbi potentia
vocati ſunt ad fidem gentes, vt varie diſputat
Roma. 11. Paulus ad Romanos, atq́ ob id in Actis per-
Actu. 13. tinacibus opprobrat Iudæis: Vobis primum
oportebat loqui verbum dei: ſed quoniam reie
ciſtis illud, & indignos vos iudicaſtis, ecce con
Pſalm. 44 uertimur ad gentes. De quo & Dauid: Eructa
&. 64. uit cor meum verbum bonum, dico ego opera
mea regi. Itemq́: Dominus dabit verbũ euan
Pſalm. 106 gelizantibus virtute multa. Et iterum: Miſit
verbum ſuum & ſanauit eos, & eripuit eos de
Iſa. 2. interitionibus eorum. Et Iſaias de gentium vo
catione: De Sion exibit lex, & verbum domi-
ni de Hieruſalem, & iudicabit gentes, & argu
Iſa. 55. et populos multos. Rurſuſq́: Quomodo deſcẽ-
dit imber & nix de cælo, & illic vltra non re-
uertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam,
germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, &
panem comedẽti: ſic erit verbum meum quod

egredietur de ore meo,nō reuertet̄ ad me vacuum.Obseruādum tamē hic, triplex esse verbum. Alterum incarnatum, de quo apud Iohā nem,In principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et Paulus: Viuus est sermo dei & efficax,penetranti or omni gladio ancipiti. Moxq; q̄d illud verbum sit,concludit: Omnia enim nuda & aperta sunt corā oculis eius. Quæ proprijssime de verbo quod incarnatum est,intelligūtur: ip̄m enim scrutatur corda & renes. De quo & Sapiens: Omnipotens sermo tuus domine de regalibus sedibus venit. Hoc verbum idē cum p̄re est,immo in principio apud patrē,quo oīa & condita sunt,&subsistunt,immutabilit̄ oīa disponēs. Verbo em̄ domini cæli firmati sunt, & spū oris eius omnis virtus eoꝝ,Hoc verbū vere & iustissime dicitur æternum,sp̄ viuū,& sp̄ efficax, nunq̄ interituꝝ.Est enim ipsissima patris idea, ars,sapientia.& forma snbstantiæ ipsius,vt inquit Paulus. Alterum est verbum literis demandatum, aut etiam ore pronnutiatum,vel corde emortuo conceptum, id q̄d varie interit,neq; semper est,neq; durabile. Constat nanq; multos interijsse libros,qui in bibliis citantur, quorum tamen nec vestigium quidem apud nos habetur. Quorū ex nūero sunt illi de quibus in Numeris dicitur, Siquidē Arnon terminus est Moab, diuidēs Moabitas et Amorrhæos. Vnde dicitur in libro bellorū domini:Sicut fecit in mari rubro,sic faciet in torrentibus Arnon.Et in Iosue: Steteruntq; sol & luna in medio,donec vlcisceretur se gens de in

Iohan. 1. Hebræ.4. Sapi.18. Psalm.32. Psalm.118. Hebr.1 Num.21. Iosu.10.

E

imicis suis. Nonne scriptum est hoc in libris iu-
2.Reg.1. storum? Eo pertinet & illud in libro Regum:
Et præcepit, vt doceret filios Iuda arcum, si-
cut scriptum est in libro iustorum. Deinde in
hunc album referri possunt & carmina Solo-
monis, & disputationes eius de natura ligno-
rum, herbarum, iumentorum, volucrum, repti-
lium, & piscium. Item liber verborum, dierum
Libri Nathan prophetæ, & Achiæ Solonitis:
Visio Abdo videntis contra Hieroboam filiũ
Nabath, & plerique alij, qui scripti quidem le-
guntur, sed hodie apud nos non constant. neq;
certũ quid de ijs compertũ habemus, q̃d oĩm
calculis probetur. Hoc igitur verbũ quanquã
Roma.10. organum quoddam sit, q̃ fides hominum ani
Iacob.1. mis inseritur, teste Paulo & Iacobo, volubile
tñ est ac transitoriũ, proinde & a plerisq; cor-
rumpitur, contaminatur. Id quod Pauli conti
gisse Epistolis, Petrus testa t: In quibus (inquit)
2.Petr.3. sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti
& instabiles deprauant ad suam ipsorũ perdi-
tionẽ. Id quod passim olim factum esse, & ijs
ipsis temporibus fieri verum, experientia nos
docuit. Quotus enim est, qui quẽuis scripturæ
locum pro suo arbitratu non interpretetur?
Quotus qui non ad suum dogma stabiliendũ
q̃duis rapiat? Quo etiam manifestariũ colli-
gimus, hoc verbo solo neque pasci neque regi
ecclesiam. Porro neque ecclesiæ oborta dubia
finiri, quandoquidem mortuum sit, & sine spũ
litera occidens, Atq; ob id Christus, Caro non
2.Cor.3. prodest quicq̃, spũs est qui viuificat. Verba q̃
Iohan.6 locutus sum, spũs & vita sunt. Est tñ hoc ipm

verbũ perpetuæ ac infallibilis veritatis, atq;
ob id æternũ, permanens in seculũ non semel
dicit. Verũ hæc ipsa veritas tecta est, multisq;
abdita, vtcũq; perlucentissima sit, vtcũq; me
ridiana per se sit. Partim quod ad hãc non sim
plici anĩo accedũt oẽs, partim q̃d ueritatẽ dei
in iniusticia detinent, partim q̃d non sint spũs
Chrĩ participes, nisi q in vnitate Ecclĩæ, extra Roma. 1.
quã nuper lapsi sunt Lutterani oẽs, consistant.
Hinc varius obstrigit eos error, vtcũq; verbũ
dñi ore tenus p̃ se ferãt, vtcunq; huius vim ac
potentiã sibi arroegnt. Deest enim illis effica-
cia verbi, Deest spiritus Christi, qui aperit, &
nemo claudit, qui solus efficaciter ĩtrorsus mo
uet, docet, oblectat. Operæ pretium igitur fue-
rit, & tertium verbum, quod a plerisque omni
bus inspiratum dicitur, statuere atque crede-
re, quod animus ad se rapit, ecque vitaliter ĩ-
mutatur, incalescit ac succenditur cum in de-
um tum in proximum. Fit autem illud bifari-
am: Principio dum ipse deus sua vi ac poten
tia intellectum hominis ĩmediate illustrat. mo
uet, ac ad se rapit efficaciter, ad quem modũ
loquitur Dauid: Audiam quid loquatur in me Psalm. 84.
dominus deus. Eo modo olim sæpe, ac indies p̱
reuelationem loquitur deus, dum ea quæ agẽ-
da vitandaque sunt, palam facit sanctis homi
nibus spiritu sancto inscribens veritatis notio
nem animis viuis, ac tabulis illis, non lapi-
deis, sed carneis: Dabo (inquit) legẽ me- Ierem. 31.
am in visceribus eorum & in corde eorũ scri-
bam eam. Et iterum Christus. Et erunt omnes
a deo docti. Et Paulus: Spiritus enim oĩa scru-

Iohan.6. tatur, etiā profūda dei. Hoc verbo edocti sunt
1.Cor.2. prophetæ illi, de quibus Petrus. Non enim vo-
2.Pet.1 luntate humaua allata est aliquando prophe-
tia, sed spū sctō inspirati locuti sunt sancti dei
homines. Loquuntur & patres sacris in conci
lijs, dum spiritu sancto duce, fidei causas ter-
minant. Nō em̄ (inquit Christus) vos estis qui
Matth.20. loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loqui-
tur in vobis. Itaque hoc verbo irradiantur ij, q̄
de se nihil sentiunt, qui sese demittunt atque de
ijciunt. Neque id verbum exigit vocis exter-
næ perpetuum ministerium, quandoquidē inti
mius est menti nostræ, q̄ nosipsi nobis, nec no-
stra ope, nec ministerio, nec auxilio eget. Hoc
verbo multi in heræmo, in speluncis, inter Iu-
dæos, immo inter ethnicos, & nutriti sunt, &
fouentur. Quo quisquis caruerit, frustra
de verborum folijs gloriatur, frustra sibi lite-
ram arrogat, frustra se cæcorum ducem profi-
tetur, quandoquidem non verborum folijs, sed
in medulla consistit: Hanc medulā solus Chri-
sti spiritus ijs aperit, qui in vnius ecclesiæ fide
ac simplicitate permanent. Alio subiude mo-
do huius verbi vis percipitur, dum videlicet
in aurem auditoris vox viua trāfusa, intus cō
operante Christi spiritu sentitur, intus opera-
tur. Id externum necessario exigit ministeriū
Roma.10. nec percipitur sine docente. Id q̄d ex Paulo cō
stat. Fides (inquit) ex auditu, auditus autem
1. Cor.1. per verbum Christi. Itemque verbum crucis
pereūtibus quidē stulticia est, ijs autē qui salui
2.Timo.2. fiunt, id est nobis, dei virtus est. Et ad Timo-
theum: Sollicite autem qura teipsum proba-

bilem exhibere deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Et Christus apud Iohannem: Amen amen dico vobis, quia qui verba mea audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, Et iterum: Qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domũ suam supra petram, Itemque: Ne quis sibi solius verbi credulitatem existimet sufficere, p̃misit, Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Quo liquido consequitur, non cuiuis mox credendum, qui verborum aliquot numeros in medium profert. Non enim id est habere spiritum, habere efficacissimum verbum, alioqui & Iudæi, & infideles, immo equi sarcinas librorum ferentes, dicerentur habere verbum domini. Id quod plane veritati obuiat, qua dicitur: Erunt eis verba quasi libri signati. Itemq;, Sed non omnes credunt euangelio. Oportet enim non modo scripturæ corticem externum in medium proferre, sed etiamnum viuificãtem illum spiritum, qui efficaciter intrinsecus dijudicat, concutit, doctorem habere, id quod non nisi in vna ecclesia catholica & apostolica cõtingit. Quod vero huius verbi ministerium in hæc vsque secula durauerit, cum alias, tum eo cõstat, quod Christus testatur, generationem verbi, euangelij, ac fidei nõ defecturam quoad seculum uoluitur. Inquit enim, Non præteribit hæc generatio donec omnia fiant. Huius verbi semen

Iohan. 5. Mat. 7. Ibidem. Isa. 29. Roma. 10 Matth. 24

transfusum in apostolos, in patres, sacris in cōuentibus congregatos, in pios, & promissione diuina roboratur, qua dicit: Reuelasti ea paruulis. Et hactenus per totam ecclesiam est receptissimū. Neq; eñ fefellit eos spiritus Christi, qui ecclesiæ & promissus est, & exhibitus, inq; patres successione quadam legitima trāsfusus. Idem enim spiritus qui olim apostolos docuit, collustrauit & patres nostræ fidei propagatores. His igitur atq; horū piissimis iussis obtemperemus oportet, quandoquidem degenerare in aliena dogmata non licet sine & animæ, & rerum, & famæ dispendio.

Iohan. 16.

X

## Vnus est ecclesiæ cōmunis sensus, quatenus ad fidem attinet, quem spiritus sanctus iis suggerit, qui in unitate ecclesiæ catholicæ consistunt.

Cum de unitate ecclesiæ uerbiq; constet, reliquum est ut paucis ostendamus & sensus spiritualis, ad quem toties hortatur Paulus, unitatem. Is uero hoc loci spiritualis asseritur, quem spiritus sanctus sub inuolucro uerborum occlusit, abdidit, & occultauit. Cuius est & sensum & uerba eruere, absoluere atq; uere interpretari. Ipse enim est qui docet omnem ueritatem qui suggerit omnia quæ difficilia erant cognitu crassis apostolorum animis. Docet autem nullos, nisi eos qui in ecclesiæ unitate perseuerant, quod uni ecclesiæ in arrabonem ac doctorem datus sit. Quo fit, ut nullus extra hāc

Iohan. 16.

ecclesiæ unitatem huius sensus sit particeps, quantumuis uerba iactitet, quantumuis uerbum sibi arroget. Obfirmat id Paulus, qui toties communem sensum p̄dicat, toties ad hãc concordiam diffidentes reuocat. Hinc Romanis dicit: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Sequitur: Deus autem patientiæ & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut vnanimes, vno ore honorificetis deum. Et iterum: Obsecro vos fratres per nomen domini nostri IESV CHRISTI, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti, in eodem sensu, & in eadẽ scientia. Hinc ubi ad Romanos corporis & membrorum mutuam connexionem ostendit subintulit de sensus unitate. Id ipsum inuicem sentientes, non alta sapiẽtes, sed humilibus cõsentientes. Atque ob id dicit ad Corinthios se non recepisse spiritum huius mundi, sed spiritum ex deo. Itemq́, Animalis autem homo, non percipit ea quæ spiritus dei sunt. Spiritualis autem omnia dijudicat, & ipse a nemine iudicatur. Nos autem (qui in unitate ecclesiæ catholicæ sumus) sensum Chr̄i habemus. Atq́ utinam hæc obseruarent ij, qui tam licenter inter pocula, de scripturæ sacræ abditissimis mysterijs pronuntiant, non secus atq́ de re ludicra, prorsusq́ tragica. Certe exigit scripturę maiestas, vt purissimis affectibus adeas, exigit vt sensum tuum in CHRISTI ac vnius ecclesiæ obsequium captiues. Alios exigit & disputatores, alios & tractatores, quã mul

Roma. 15.
1. Cori. 1.
Roma. 12
2. Cori. 2.

tos ijsce temporibus uidemus, quos Paulus uno
1.Cor.2. uerbo retundit, coarguit, ac obiurgat: Animalis (inquit) homo, non percipit ea quæ sunt spiritus dei. De huius sensus unitate est & illud:
2.Cor.13. De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idipsum sapite, pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Ob id tam acriter redarguit Galatas, quod consense
Galat.1. runt ijs qui sese ab huius sensus unitate in aliena dogmata trāsferre satagebant: Etiamsi an
Galat.3. gelus de cœlo descendat, prædicetq́ aliud, anathema sit. Moxq́: Currebatis bene, quis uos impediuit non credere ueritati. Nemini consenseritis. Persuasio hæc non est ex deo. Ego confido in uobis in domino, quod nihil aliud sentietis. Secundo pertinet & illud: Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis,
Philip.2. si qua societas spiritus, implete gaudium meum, ut idipsum sentiatis, eandem charitatem habentes, unanimes idipsum sentientes. Idcir
Hebr.13. co etiam Hebræos monet, doctrinis uarijs ac peregrinis, nolite abduci: optimū est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Variæ peregrinæq́ doctrinæ sunt, sola fides sufficit ad salutem, nullum opus bonum est, missa nō est sacrificium, purgatorium nullum est, atque alia id generis, quæ tum a Christo, tum a sana scriptura sunt aliena, porro quæ toti ecclesiæ diffident. Quisquis ergo illa docuerit, alienus a Christo, alienus ac profanus ab vnica eius ecclesia existit.
Iohan.10. Atqui alienum oues Christi non audiunt, non sequuntur, sed fugiunt ab eo, ut qui veniat per

dere, mactare & occidere. Huic neq; ostiarius
aperit, sed arcanum illum ac mysticũ sensum
occludit, tegit, abscondit: non enim sese in alie
num transfundit. Vnicus siquidem est, unius
ecclesiæ administrator, dux atq; director, quã-
quam & multiplex in donis, in gratijs, in offi-
cijs asseratur. Hic est sensus ille de quo sapiẽs: Sapi. 7.
Optaui (inquit) & datus est mihi sensus, & in-
uocaui & uenit in me spiritus sapientiæ, & p̃
posui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil
esse dixi in comparatione illius. Moxq;, Quã
sine fictione didici, & sine inuidia cõmunico,
& honestatem illius non abscondo. Hoc sensu
dicit se didicisse dispositiones orbis terrarum,
temporum uicissitudines, permutationes mo-
rum, naturas animalium, iras bestiarum, cogi
tationes hominum, uirtutes radicum, & quæ-
cunq; sunt absconsa. Omnium enim artifex
docuit me. Est enim in illa (inquit) spiritus in-
telligentię sanctus, multiplex, vnicus, subtilis,
modestus, disertus, mobilis, certus, suauis, inco
inquinatus, amãs bonum, acutus, qui nihil ue-
tat bene facere, humanus, benignus, stabilis,
& reliqua quæ sequũtur, quæ spiritus illius cæ
lestis sunt certa quædam indicia. Porro huius
spiritus sensum non semel sibi Paulus asserit re 1. Cor. 2
uelatũ. Nos (inquit) sensum Christi habemus.
Itemq;: Nobis enim reuelauit deus per spiritũ
suum. Hinc reuelatione Iesu Christi testatur se Galat. 1.
didicisse euangelium, non ab hominibus, ne-
que ab homine. Obserua q inquit, nobis reue-
lauit, perinde atq; diceret: Nobis qui in unita
te ecclesiæ persistimus, qui aporiamur, qui nu- 1. Gor. 4.

2.Cor.6. di sumus, qui esurimus, & sitimus, qui in multis vigilijs, in ieiunijs, plurimis, ī castitate, qn
2.Cor.11 etiam in omnibus periculis, quibus superiores sumus, nos vt dei ministros exhibemus, proui
Roma.12. dentes bona, non solum coram deo, sed etiam num coram omnibus hominibus. Qui de om̄i
1.Cor.9. bus studemus bene mereri,. Qui malemus in æternum non vesci carnibus, quam infirmas offendere conscientias. Ex quibus facile consequitur, non sensu Christi duci, sed Satanico, qui
2.Cor.11. sese in angelum lucis quandoque transfigurat, qui ijsce temporibus tam perperam viuūt tam perfide docent, tam impie sacras scripturas rodunt, torquent. Quotus enim ex illis est,
Iacob. 3. qui non omni ex pate sit corruptissimus? Iacobus asserit: Quæ de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis: Contra carnalis illa, atq; Satanica sapiētia, omnis mali est plena, ira, odio, contentione, omne opus bonum asserit esse peccatum, horret missæ sacrificium opus omnium diuinissimum, vota temeratur, iura tum sacra, tum profana pessundat, instabilis, coinquinata, non amans, sed detestans bonum actum. Verum de ijs paulo post. Sat fuerit ostendisse vnicum esse communem ecclesiæ sensum, quatenus ad fidem moresq; attinet, quo locuti sunt patres nostri viri sanctissimi. Id enim nobis olim diuina oracula testata sunt, vt in apostolorum locum, qui huius sensus reuelationem a Christo didicerunt, succedant filij tum vitæ sanctimonia, tum eruditione or-

natissimi. Et quatenus ad apostolos attinet dicitur: Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui domine. Moxque de filijs subdit: Pro patribus tuis, nati sunt tibi filij. Et Paulus: Fundati estis & radicati super fundamētum apostolorum & prophetarum. Atqui de ijs mox. Psalm. 44 Ephes. 3.

## Plures esse in ecclesia ministros, qui uerbi diuini sacrarumque rerum dispēsatores sunt.

Mosi olim præceptum est: Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte mōstratum est. Erat enim illi exemplar quoddam deliniatum, quod in tabernaculi structura, cultu, ac ministrorum designatione sequeretur, quo certius omnia ad cælestium rerum imaginem exprimerentur. Certum autem est, in cælesti illa ac vltra mundana familia, ordinem quendam esse pulcherrimum, officia ac distincta munia spirituum sacrorum. Id quod vel nominibus euadit exploratum: alij enim throni, alij dominationes, alij alijs nominibus designantur. Iam vero cum vna sit ecclesia, vna familia Christi, q̄q̄ altera iam facie ad faciem regem gloriæ contempletur, altera spe foueatur, consentaneum erit, hanc se ad cælestis illius viuam ideam ac imaginē reformare, instituere, disponere, & quoad licet imitari. Id quod cum Moses, tum Iohannes in Apoc. palam testat: Vidi (inquit) ciuitatē dei sanctam Hierusalē, nouā descēdētē de cęlo, a deo paratā, sicut spō Exod. 25. Apoca. 21.

sam ornatā uiro suo. Et mox: Et habebat murum magnum & altum, habentē portas duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel: & paulo post: Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina apostolorum & agni. His colliquescit, ut olim cultus ille carnalis legis, ita & legis nouæ habet suos ministros, sua officia, una siquidem est ciuitas, una arca Noe, una sagena, una Petri nauis. Hāc moderari oportet, ne submergatur. id q; per doctores, per pastores, perq; alios legitimos ministros. Instituit olim Moyses ministros

Num. 4. 1. Para. 25. 1. Para. 8.

instituit immo auxit & Dauid cum ministrorum numerum, tum officia. Hos imitati sunt sacratissimi quiq; imperatores. Iam uero plures esse in ecclesia ordine & officio distinctos ministros, non semel testantur sacræ literæ. Iob inquit: Spiritus eius ornauit cælos. Vt enim cælum sideribus, ita ecclesiam ornauit ministris. Idem Dauid affirmat: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato. Proinde cum lex umbra sit futurorum bonorum, lege autē multi erāt ministri sacrorum uasorum administratores, operæpretium fuerit, ne umbra dignior sit ueritate, nox luce ipsa, & in noua lege quosdam esse officio, ordine, ac dignitate distinctos. Omnia enim (inquit Paulus) secundum ordinem & honeste fiant in uobis. Itemq; & Aggeus: Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus quam primæ dicit dominus exercituum. Rursusq; Paulus, cum apud Romanos multa disseruisset membra in ecclesia, offi

Iob. 26. Psalm. 44 Hebr. 9. 1. Cor. 14. Aggei. 2. 1. Cor. 12.

tio ordineq; distincta dicit, diuisiones mini-
strationum sunt, idem autem dominus. Item-
q;, Nunc autem multa membra, idem autem
corpus. Omnia autem membra non eundem
actum habent. Et quosdam quidem dedit de- Roma.12.
us in ecclesia primo apostolos, secundo prophe
tas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gra
tias curationum, opitulationes, genera lingua
rum. Eadem & Ephesijs scribit, Et ipse dedit Ephes.4.
quosdam quidem apostolos, quosdam autem
prophetas, alios vero euāgelistas, alios autem
pastores, & doctores, ad consummationē san-
ctorum, in opus ministerij, in ædificationē cor
poris Christi, donec occurramus omnes in uni-
tatem fidei. Sequitur: Ne simus fluctuantes, &
circumferamur ad omnem ventum doctrinæ.
Hic habes quamobrem potissimum conueni-
at plures esse in ecclesia ministros ordine offi-
cioq; distinctos, quippe ut populum doceant,
ne ad omnem uentum doctrinæ circumferan-
tur, vt sacramenta administrent, vt sacris assi
stant altaribus. Id quod ab exordio nascentis
ecclesiæ cœpit, atq; in hæc vsq; tempora pro-
pagatum est. Nec magni refert, p̄ter episcopi
& diaconi nomen, aliorum nempe hypodia-
conorum, acolytorum, & cæterorum ministro
rum nomina in euangelio inueniri minime.
Quandoquidem res ipa manifeste in eo indica
tur, proinde nec omnia scripta sunt. Sat enim Iohān.20.
fuerit rem ipam, officium, & ordinem conti-
neri sub occidenti litera. Neque euangelium
in verborum folijs, sed in medulla continetur.
Verū de ijs in decretis canonic. pleraq; multa.

## XII Ministros ecclesiæ conuenit legitima designari autoritate.

Ne ordinis iucundissimi pulchritudo intereat, siquidem quisque pro suo arbitratu ecclesiastici muneris defunctionem assumeret, placuit diuinæ sapientiæ sacrorum mysteriorum dispensatores, non suapte temeritate, sed aliena autoritate designari, accersiri, sacrisque munijs deputari. Id quod & sacris literis proditũ est.
Exodi. 4. Missus est enim olim Moses, missi sunt prophetæ omnes, denique & apostoli. Et quidem de Aarõ, cæterisque Aaronici sacerdotij ministris ita dicitur: Applica quoque ad te Aaron fratrẽ
Exodi. 28. tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi. Moxque: Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in glori
Exodi. 29. am & decorẽ. Moxque: Filios quoque illius applicabis & indues tunicis lineis, cingesque baltheo & impones eis mitras, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Eadẽ & in Paralipomenon: Separatusque est Aaron, ut ministra
1. Para. 23. ret in sctã sanctorum, ipse & filij eius in sempiternũ, & adoleret incẽsum dño, secundum ritum suum, ac benediceret nomini eius in sempiternum. Audis electos, applicatos, atque separatos filios Aaron in ministerium. Nemo igitur
Hebre. 8. sibi assumat honorem, nisi qui uocatur a deo tanquam Aaron. Huc accedit quod omnia ad Christi exemplar dirigere debemus, is autẽ a patre missus est. Itaque conuenit & nos, nõ nostrapte autoritate, sed aliorum, hoc est maiorum mitti. Id est quod apud Iohannem legi

mus:Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Christi enim est mittere operarios in vineam suã interest & pastoris summi, interest conciliorum sacrorum, inter est eorum qui Christi, qui Petri, deniq; qui apostolorũ fungunt̃ autoritate. Hinc Petro dicitur: Pasce oues meas, id est quod Paulus in actis apostolicis, Ephesinis præcipit episcopis. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, q̃ acqsiuit sanguine suo. Ego scio q̄ post meã discessionem lupi rapaces intrabũt in vos, nõ parcentes gregi. Ex vobis ipsis exurgent viri peruersi, loquẽtes peruersa, vt abducant discipulos post se. Rursusq; Christus: Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis, dedit illis potestatem spirituum immundorum. Seq tur: Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis & dicens: In viam gentium ne abieritis. Euntes prædicate dicẽtes, appropinquabit regnũ cœlorum. Et iterum: Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Et in Marco: Fecit vt essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos p̃dicare. Et iterum: Post hæc designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem. Sic olim Isaias missus non a seipso est, sed dei iussu, Ad gentem fallacem mittam te. Sic Ieremias: Ad omnia quæ mittam te ibis, & vniuersa quæ mandauero tibi, loquere ad eos: Moxque: Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & destruas, gladio videlicet

Iohan. 20
Matt. 20.
Iohan. 20
Actis. 20.
Matt. 10.
Lucæ. 10.
Marci. 6.
Lucæ. 10.
Isaiæ. 10.
Ieremi. 1.

Ephes.6. spiritus, quod est verbum dei, non bellicis arietibus, vt bona pars episcoporum facit, & ædi
Iezech. 2. fices & plantes in nomine domini. Sic Iezechiel: Fili hominis mitto ego te ad gentes apo
Roma .1. statrices qui recesserunt a me. Sic Paulus fare
Galat.1. tur se segregatum in euangelium dei, quod nõ ab homine, sed reuelatione Iesu Christi didice-
Roma.10. rit. Hinc Romanis dixit: Quo modo prædicabunt, nisi mittantur? Iam & illud obseruãdum, non modo a deo, quosdam in vineam missos, sed etiam ab ijs qui dei vice funguntur. Quo modo Aaron per Moysen in sortẽ domini designatus est, eo modo & in nouo instrumento plerique ab Apostolis dei legatione fungentibus missi sunt in euangelij ministerium. sic apostolorum & consilio & authoritate Matthias
Act.1. sorte electus est. Sic septem diaconi, viri spiritu
Act.6. sancto pleni, designati sunt. Sic, quanquã Pau
Act.13. lus a deo accersitus esset, nihilo tamen minus & ab apostolis segregatur: Segregate (inquit spiritus sanctus) mihi Paulum & Barnabam
Phil. 2. in opus ad quod assumpsi eos. Ita Timotheus
Act.8. legatione ad Philippenses defungebatur. Ita Petrus & Iohãnes ab apostolis in Samariam, quæ recepit verbum dei, vt impositione manuum acciperent spiritum sanctum, destinati sunt. Accedit quod Paulus Timotheum & Titum instituit, certasque viuendi regulas præscripsit, ad quarum amussim se suosque dirigerent. Hinc dicit: Hoc pceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te
1.Timo.1. et 2.4. prophetias, vt milites in illis bonam militiam Et paulo post: Noli negligere gratiam quæ da

ta est mihi per prophetiam, cum impositione
manuum presbyterij. Itemq;: Manus cito ne- 1. Timo. 5.
mini imposueris. Rursusq; ad Titum: Huius Titi. 1.
rei gr̃a reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt cor-
rigas, & constituas per ciuitates presbyteros,
sicut & ego disposui tibi. Si qs sine crimine est, 1. Timo. 1.
& cætera quæ prolixe discernit, primoribusq;
ecclesiasticis præscribit. Quibus manifesto col-
ligitur, inferiorum ad superiores regulatio: vbi
scilicet audis eos mitti, qui euangelio docendo
præficiuntur. At mitti nõ est nisi ab alio, qui le Actuũ. 1.
gitima autoritate & potest & debet. Autori- Actuũ. 8.
tas legima non in Sergium, non in centurionẽ, Actuũ. 10.
non in Cornelium, non in Eunuchum Canda-
cis reginæ, sed in Petrum, in Paulum, in episco
pos, in concilium, deniq; in summum compe-
tit pontificem. Qui igitur tyrannide principũ,
aut infimæ multitudinis suffragijs intruditur, Iohan. 10.
non pastor est ouium, quandoquidem aliunde
ascendit, sed fur ẽ, latro est, lupus rapacissimus
est. Cæterum & illud monuisse placuit, vt me
minerint ecclesiastici, quam ob rem potissimũ
in sortem domini vocati sunt, certe vt legatio
ne concredita q̃diligentissime perfungantur,
vt gregem dominicum pascant. Pasce (inquit
Christus) oues meas, non deglube, non occide, Iohan. ul.
non excoria. Pasce (inquit) oues meas, perinde
atq; diceret: Hactenus multi fuerunt qui non
gregem, sed se pasti sunt, qui rapuerunt, qui q̃d
fractum erat non consolidauerũt: aduersus q̃s
dicitur in Ieremia: Veh pastoribus, qui disper- Ieremi. 23
dunt & dilacerant gregem pascuæ meæ. Ideo
hæc dicit dominus deus Israel ad pastores qui

non pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & nō visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. Et in Ezechiele: Veh pasto-
Ezechi 34 ribus qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, & lanis operiebamini, & qđ crassum erat occidebatis, gregem autem meam non pascebatis, quod infirmum, non consolidastis, &c.
Atque ob id Christus opprobrans pharisæis
Matth. 15. auaritiam, dicit: Irritum fecistis mandatū dei
Ibidem. 23 propter traditiones vestras. Itemq;. Veh uobis scribæ & pharisæi, qui comeditis domos viduarum. Obseruent & id nostri episcopi, pastores & cæteri ecclesiastici mūeris primores, ne qua occasione data, iustissimo iure similia in se dici queāt: Qui ad ossa vsq; miseram plebeculam excoriant, qui non pascunt, sed deglubunt gregem domini: non viuentes solum, sed effœminatissime luxuriantes de altari, qui annuis pē-sionibus, redditibus suffarcinati sunt, adeo vt plerosq; principes profanos superent. Verum de ījs alias, ipsi viderint cui rationem reddituri
1. Petri. 4. sint. Inquit enim Petrus: Necesse est vt iudicium a domo dei incipiat.

XIII

## Patres nostri legitimi verbi ministri fuerunt, qui & audiendi sunt: contra hæretici, neq; verbum domini habent, neq; ad Vnam ecclesiam pertinent.

Quisquis superiora intus & in cute perpenderit, cōperiet fidei nostræ primores veri verbi notiōem habuisse, adeoq; in nos propagasse;

cõtra hæreticos, ex quibus nuper veluti ex Troiano equo prodierunt Lutherani, neq; veram fidem, neq; germanum dei verbum, neq; Christi spiritum, sine quo inefficax est verbi ministerium, possedisse: atq; proinde neque ad vnã pertinere ecclesiam dei. Et quantum ad patres attinet, satis constat, quandoquidem ipsi sunt, per quos fidei propagatio facta est, ut testatur Dauid: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Et CHRISTVS: Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant: id quod paulo ante abunde monstratum est. Patres autem voco non modo eos qui sacris interfuerunt concilijs, sed etiamnum omnes quos hactenus tota approbauit Ecclesia: Basilium, Cyrillum, Athnasium, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, Chrysostomum, Irenæum, Dionysium Areopagitam, Cyprianum, Theophilactum, Bernardum, Clementem, subinde & Origenem, Tertullianum, quatenus ab ecclesia vniuersali recepti sunt, & reliquos, quorum fides, opera, scripta, uitæ sanctimonia ad nos quoq; deriuata sunt: idq; per cõcilia, per receptã ecclesia cõsuetudinẽ, per cæteros qui horum scripta vitaq; imitati sunt viros religione, eruditione, ac innocẽtia cõspicuos. Quorum in numero sunt Martinus, Nicolaus, Sixtus, Syluester, Adrianus, Bonifacius, Maximinus, Seuerinus, Seruatius, Dominicus, Franciscus, Benedictus: & qui ex ijs nati sunt viri ingenio præstantes, Alexander, Bonauentura, Thomas. Quorum cum opera, tum fides semper fuit infracta, immobilis ac syncera. Fides inquã de sacramẽtis

Psalm. 44
Matth. 24

de vnitate ecclesiæ, de ministrorum ordine, de sacrificio, de purgatorio, de reddẽdis votis, de constitutionibus ecclesiasticis, in quibus hactẽ nus vnanimes omnes & docuerunt & scripse runt. atq; ob id audiendi. Hinc dicitur in eccle
Ecclesia. 8 siastico: Vbi senes, ibi & prudentia. Ne despici as narrationẽ sapientium, & in prouerbijs eo rum conuersare, ab ipsis enim disces sapienti- am & doctrinã intellectus, & seruire magna- tib. sine querela. Nõ te ꝑtereat narratio senio- rũ, ipsi enim didicerunt a patribus suis, quoni am ab ipsis disces intellectũ & doctrinã, & in tempore necessitatis dabis responsum. Itemq;
Prouer. 8. in prouerbijs: Scientia sanctorꝫ prudentia. San ctorum inquam, qui in vnitate ecclesiæ perse- uerarũt ad finẽ vsq;. Proinde & Dauid de hac successione oraculo edoctus, vaticinatur: Ape riam in parabolis os meum, loquar propositi-
Psalm. 77. ones ab initio, Quanta audiuimus & cogno- uimus ea, & p̄res nr̄i narrauerunt nobis, Non sunt occltata a filijs eorꝫ ĩgñatione altera. Itẽ: Quãta mãdauit patribus nostris nota ea face- re filijs suis, vt cognoscat generatio altera. Au dis hic vt cognoscat inq̇t gñatio altera. Quæ altera? Illa certe quæ in hæc vsq; tempora eo- dem ỽbo pasta est, quo patres, quæq; eandem fidẽ amplexa est. Iam et Iob ad patres nos mit
Iob. 8. tit dicens: Interroga (inquit) generationem pri stinam, & diligenter inuestiga patrum memo riã: Hesterni quippe sumus & ignoramus, quo niam vmbra dies nostri super terram. Ipsi do- cebunt te, loquentur tibi & de corde suo profe rẽt eloquia. Moxq; rationem assignat, cur pa

trum consilia & adeunda & sequenda sint. In Iob.12.
antiquis est sapiētia, & in multo tempore pru
dentia. Non inquit in exiticijs monachis, q nu
per e Lernæo Vuittenbergensium specu prodi
erunt, sed in antiquis est sapientia. Hi em̄ sunt
qui frangunt panē turbis, ij quibus spūs sanct.
signacula libri aperuit, q profunda illa myste-
ria scrutati sunt. Erit igit iuniorꝝ maiores nr̄os
vereri, ex ijs eligere optimos & probatiss. q̄rꝝ
cōsilio et autoritate nitant̄. Q̄robrē nobis mul
to maxie prouidendū, ne tā passim quosq; vel
doctores vel v̄bi ministros admittamus, ne tā
temere pr̄es sanctos, quos Chri spūs adflauit,
a tergo relinquamus, p̄cipiente Solomone: Ne Prouer.22
trāsgrediaris termīos antiquos, quos posuerūt
pr̄es tui. Iā v̄o hos Christi spm̄ habuisse vel ex
eo cōstat, q̄ ea posteritati reliquerunt, quæ sa-
cris literis, quæ consilijs sacris, q̄ eccl. vniuersa
li cōsona fuere. Deniq; q̄ hos Chr̄s et vitæ san
ctimonia, & miraculorꝝ gloria reddiderit illu
stres ac oībus cōspicuos: quo certiores nos red
deret: hos v̄os a se legatos ac ministros v̄bi fu
isse. Sic Mosen in portētis: Aaron in uirga: Da Exod. 6.
uidem, Isaiam, Ieremiā, & reliquā prophetarꝝ Numeri.6
caterua, certis quibusdā notis declarauit. illu- Eccle. 44.
stres ac manifestos fecit. Proinde & ap̄los no-
uam legem mundo nuntiātes, miraculorꝝ potē Marci ult.
tia celebriores fecit. Signa (inq̄t) eos qui in me
credent hæc sequent̄. Id quod cū alias, tum ex Actu. 5.19.
Actis apostolicis compertissimum habemus.
Et Christus: Si mihi nō vultis credere, operibus
credite: ipsa em̄ sunt quę testimoniū perhibent
de me. His signis atq; portentis hactenus satis

superq; obfirmata est fides nostra, quam a patribus didicimus, & ceu hæreditaria successione suscepimus. Pro hac Petrus crucifixus est, Paulus virgis cæsus, tandemq; gladio necatus est: pro hac martyres varijs pœnarũ gñibus affecti sunt, virgines lacteã ceruicem cruẽtis gladijs subiecerũt: heremicolæ in multa abstinẽtia vixerũt. Hos igitur audiemus, modo Christũ propitium velimus habere. Qui eñ vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Quisquis vero ijs cõtraria pugnãtiaq; præcipit, ut hostis, vt subdititius, vt pseudapostolus, vt antichristianus cõtemnendus ẽ: id quod palam ex Chrĩ doctrina innotuit: Qui (inquit) ascẽdit aliunde, fur ẽ & latro: hunc oues nõ audiũt, nõ sequunt. Rursusq;: Erunt eñ & pseudoprophetæ & seducent multos. Tũc si quis vobis dixerit: Ecce hic ẽ Chrs, ecce illic, nolite credere. Ecce in deserto Hassiæ, nolite exire. Et Iohãnes: Foris venefici & canes. Foris inquam, vnam arcã, foris vnã ciuitatem ecclesiæ canes ij, de quibus Paulus: Videte canes, videte cõcisionem, videte malos operarios. Et ne pñtendamus ignorantiã, certis quibusdã notis hos discernit Christus: Attẽdite (inqt) a falsis prophe. qui veniũt ad vos in vest. ouiũ, intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructib. eorũ cognoscetis eos. Quibus? q nõ est mecum, cõtra me ẽ: & q nõ colligit mecũ, dispergit. Dispergũt gregem Chrĩ, lacerãt incõsutilem Christi tunicam, inuehunt aliena a Christo dogmata. Omitto bella, & cruentas strages nuper exortas. Porro quibus fructibus dignosces? Consurget gens in gentem, regnum

Lucæ. 10.
Iohan. 10.
Matth. 24
Apoca. 21.
Philipp. 2
Matthæ. 7
Matth. 12.
Matth. 24

in regnum: & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum: claudunt enim viscera misericordiæ hisce in prouīcijs, vbi horum dogmata regnāt: diripiuntur aliena, polluūtur sacra, prostituunt (proh dolor) virgines deo dicatæ, id quod et Christus indicauit: Sicut in diebus Noe, ita erit & aduētus domini. Erāt enim ante diluuium comedentes, bibentes, nubentes, & nuptui tradentes: ita erit & aduētus filij hominis. Ibidem. Eisdem fere notis & Paulus eosdem depinxit, et veluti ob oculos posuit, dicēs: Ne quis vos seducat vllo modo, nisi veniat dissessio primum (ab obedientia Romanæ sedis: id quod euenisse cernimus in Germania) & reuelatus fuerit hō peccati, filius perditionis, qui aduersat̄ atq; extollit̄ supra om̄e q̄d dr̄ deus, aut quod colit̄. Id quod in ijsce fit, q̄ Chr̄m negāt in sacramēto eucharistiæ, q̄ cultū sc̄tōꝝ eneruāt, qui sacra profanāt atq; cōmiscent. 2. Thess. 2. Cū quibus nec cibū sumere licebit, nec disputatiōem propria autoritate inire. Noli (inq̄t ad Timo.) v̄bis contēdere: ad nihil em̄ vtile ē, nisi ad subuersionem audientiū. 2. Timo. 2. Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia gn̄ant lites. Titi. 3. Rursusq;: Hæreticū hominem post vnam atq; alterā monitionem deuita. Eiusmodi em̄ homines resistūt semper veritati, vt Iānes et Mābres, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient. 2. Timo. 3. Hos idem vocat elatos, blasphemos, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, voluptatum amatores magis quam dei. Eisdem fere indicijs & Petrus eos ob oculos graphice deliniauit, appel-

litans eos magistros mendaces, qui sectas per
2.Petri.2. ditionis introducunt, qui dominationem con-
temnunt, fontes sine aqua, nebulæ a turbini-
bus exagitatæ, qui in desiderijs carnis pellici-
unt animas, libertatem illis promittētes, cum
Iudæ. ipsi sint serui omnium. Et Iudas Taddæus, ar-
bores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, e-
radicatæ, fluctus feri maris despumantes suā
libidinem. His facillime liquet eos qui ijsce tē
poribus a Lutero exorti sunt, neq; ad Christū
neq; ad eius ecclesiam pertinere. Eradicati eñ
sunt, exciderunt, & vt Iohan. vtar verbis. Ex
1.Iohan.2 nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Sic
olim excidit Arrius, sic Pelagius, sic Ma-
nichæus, sic Marcion, sic Ioannes Hus, Vui-
cklefus, & aliæ innumeræ hæreticorum vipe-
reæ soboles, ex quibus est & Luterus cum suis
Matth.15. assedis, quos Christus vocat plantationē nō
Iohānis.8 a patre cælesti plantatam, sed mendaciorum,
Matth.12. qui eiusmodi zizaniorum prophetas mittere
solet, dormientibus eclesiæ primoribus. Cæterū
& illud roborat, nostram fidem, & Lutera-
norum dogma stirpitus eradicat. Quod inter
se ex diametro in fide pugnant, Luterus Zuin
glio, Zuinglius Lutero, sic & Caroloftadio, sic
Oecolampadio, sic fidifrago Francisco Lam-
perti, nusquam enim constant, nusquam nō hę
rent, nusquam non pugnant. Iam omne regnū
in se diuisum desolabitur, & lapis super lapidē
cadit, si satanas satanam, Luteranus Lutera-
num eijcit. Hos itaq; non audiemus, sed fugie
mus. Alieni enim sunt cum a Christo, tum ab
vnica eius ecclesia, a qua in satanæ synagogā

translati sunt. Quocirca, qui ecclesiam non audit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Nostra fides, nostraq; catholica ecclesia totum per orbem terrarum diffusa est, per Italiam, per Galliam, per Hispaniam, per Portugalliam, Vngariam, Aegyptum, Asiam, Aethiopiam, totamq; per Germaniam vsque ad Britannos, Scotos, Hybernos Dauosq; propagatur, eadẽ & fides & sacramenta coluntur, venerantur, obseruantur. Horum synagoga nusquam non est damnata, euulsa, proscripta, & ceu impia diris ignibus deuota, nec cineres relicti sunt in facti memoriam: perijt enim eorum & spes et nomen, & dogma vna cum autoribus. Quin & illud admiratione dignũ, quod inter tot doctos viros, quos hactenus habuit ecclesia, nullus est qui horum dogmatibus adhæserit, immo qui non totis remis velisq; contrarius fuerit. Itaq; hosce tã q̃ pseudapostolos mittamus, & ad id quod cœpimus, reuertamur. Matth. 18.

## De sacramento baptismatis initerabili, quodque obicis remotio in quolibet sacramento exigitur, modo suscipiens rationis particeps sit. XIIII.

Cum nullum sacramentum ijsce temporibus relinquatur intactum a Luteranis, operæpræcium fuerit, de quolibet locos aliquot ĩ medium proferre, quibus obiter eorum vis & dignitas ostendatur. Et quãtum ad baptismum attinet, satis constat eum esse externam corporis ablutionem, sub præscripta verborum for-

ma adhibitam, quo Christi mors ac resurre- ctio significatur, quo subinde anima a peccati sordibus abluitur, ac Christo inseritur: id quod sine gratiæ dono fieri nequit. Equidem in hoc sacramento sicut in plerisqꝫ omnibus, grā ani mæ infunditur, modo suscipiens obicem nō po nat. Id quod ex Christi uerbis manifestatur. Ne
Matth. 9. mo enim immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus, tollit enim plenitudinē eius a vestimento, & peior scissura fit. Neque
Sapien. 11 mittunt vinum nouum in vtres veteres. Vete rem igitur hominem exuere necessum est: si no uum induere velis, oportet pristinæ vitæ pœni tere, ac animo humili fideliqꝫ accedere. Spūs enim sanctis disciplinæ effugiet fictum, nec ha bitat in corpore subdito peccatis. Testatur id
1. Corin. 5 & Paulus: Expurgate vetus fermentum, vt si
Colosse. 3 tis noua consperſio. Itemqꝫ, Expoliātes vos ve
Ephesi. 4. terem hominem cum actibus suis, induētes no uum eum qui renouatur in agnitione dei. Et ite
Ibidem. 5. rum: Surge qui dormis & exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. His palam est, obicē remoueri tam necessarium esse in adultis, ut ni si remoueatur, nihil sequatur effectus in signi
Marci. ul. visibilis adhibitiōe. Exigit & sacri signiqꝫ mi nisteriū sub certa vbo℞ forma adhibitū. Hinc Chrs: Euntes baptizātes eos in noīe pr̄is & fi lij & sp. san. Qui crediderit (ītellige in adultis) & bapti. fuerit, sal. erit: q vo nō cre. condēna-
Ephesi. 2. bit. Consequit aūt salutē nemo sine gr̄æ dono gratia enim saluati estis, inquit Paulus, confer tur igitur gratia in baptismate. Idē & in Iohā- ne asserit Christus: Oportet vos nasci denuo, et

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũsancto, Iohan.3.
nõ intrabit in regnũ dei. Sic & Iohãnes: Ille ba
ptizabit vos aqua & spũ sctõ. Porro & Pau- Marci.1.
lus: Consepulti enim estis Chr̃o per baptismũ. Roma. 6.
Et iteꝝ: Quicunq; baptizati estis, Chr̃m indui Galat.3.
stis. Ad idem Iezechiel: Aspergã sup vos aq̃ Iezech. 36
mundam, & mundabimini ab omnibus inq-
namentis vestris. Eo pertinet quod ad Corint. 1.Corin.6
testatur Paulus: Nolite errare, neq; fornicarij,
neq; idolis seruientes, regnum dei possidebunt
Hæc aliquando fuistis, sed abluti estis, sed san-
ctificati estis. Ad idem: Christus dilexit ecclesi
am, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sancti Ephesio.5
ficaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo
vitæ. Huc tendit & illud: Saluos nos fecit per Titi.3.
lauacrum regenerationis & renouationis spi-
ritussancti, quem effudit abunde in nos. Laua-
crum regenerationis baptismus est: nam in eo
nascimur denuo. Cum igitur eo semel inautora
ti ac insititij facti sumus Christo, iam frustra Roma. 6.
iteratur, inaniter iteratur nam eo abluimur, ac
in regnum CHRISTI, asserimur, siquidem
rursus peccatis inuoluamur, nõ baptismus qui
prima tabula naufragij, sed pœnitentia adhi-
benda est. Quin & PAVLVS adeo dete-
statur reiterationem, vt eam impossibilem vo
citet. Ea enim nihil fit si adhibeatur, modo legi
time adhibitus sit sub fide, forma, intentioneq;
ecclesiæ, in aqua fluida, intelligat vel non in-
telligat, modo consentiat adultus si potest, qui
recipit sacramentum. Non enim est distinctio
Iudæi & Græci, non acceptio personarum,
non ætas, non sexus. Succurrit enim pueris ec-

Matth. 9. clesiæ fides, dum regenerantur. Hinc dicit: Videns Iesus fidem illorum, dixit: Remittuntur tibi peccata tua. Quod uero sit impossibile rursus per baptismi iterationem renouari, palam ad Hebræos testatur Paulus: Non rursum iaci
Hebre. 6. entes fundamentum pœnitentiæ: quid fundamenti nomine censeri velit, mox infert, ab operibus mortuis & fidei ad deum, baptismatum doctrinæ, impositionis q́q; manuum ac resurrectionis mortuorum et iudicij æterni. Moxque: Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt etiam bonum dei verbum, virtutesq; seculi vēturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filiū dei, & ostentui habentes. Quæ vniuersa eo tendunt, vt probent baptismum, qui prima regeneratio est, non esse iterabilem, & denuo suscipiendum. Nam vt passio ac mors Christi, non reuouatur, ita neque baptismus, qui horum signum existit. Accedit etiam quod in ministrā dis sacramentis paruulorꝫ, spiritus Christi agit
Marci. 1. præcipue, nisi obicem offendat. Ille enim est q
Actis. 2. baptizat. Hunc vero impediri impossibile est in paruulis: siquidem sunt & ipsi spūs Chr̄i capaces, proinde neq; iterandus effectus, q̊ pctā remissa sunt, quæ forsan offendit. Huc pertinet
2. Petri. 3. & illud Petri: In arca Noę pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt ꝑ aquam, quod & nos similiter saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium. Audis vbiq;, baptismo salutē consequi, superuacaneum igit̄ erit rursus hunc

ipsum adhiberi. Verum si quis relapsus, rursusque peccatis inuoluitur, confugiat ad pœnitentiæ præsidium, doleat, ingemiscat, confiteaturque id quod admisit facinus, tum aderit illi gratia, aderit fauor dei, baptismate satis est semel tinctum, semelque Christianæ militiæ inautoesse ratum.

## De sacerdotio fidelium interno & ecclesiastico, quodque non omnes fideles ecclesiasticis rebus deputati sunt. XV

Quanquam baptismate omnes inseramur Christianæ reipub. non tamen omnes eo ipso sacris mysterijs deputamuur, non pueri, non fœmineus sexus, non laici, & qui legitima autoritate non sunt ordinati. Id ex paulo ante dictis constat. Nam non omnes mittimur, nec omnes dati sunt pastores, sed quidam, sed paucissimi, nempe apostoli, & horum successores legitimi quique seipsos non intrudunt, nec mittunt, vt prophetæ illi fecerunt mendaciorum. Id esse verum, Ierem. 23. testatur Christus: Quisputas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super Lucæ. 12. familiam suam, vt det illis in tempore tritici Matth. 24 mensuram? Et Paulus: Dei enim sumus adiutores, dei agricultura estis, dei ædificatio estis. 1. Corin. 3 Vt sapiens architectus posui fundamentum, alius autem superædificat. Et iterum: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispen- Ibidem. 3. satores ministeriorum dei. Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Obseruanda manifesta inter plebem & pastores

diſtinctio. Paſtor enim architectus, dei adiutor diſpenſator, ac myſteriorum miniſter dicitur: Plebs vero, oues, agricultura, familia. Neque igitur omnes ex æquo diſpenſatores, non omnes ex æquo ſacerdotes, ſed alij diſpenſatores, atque aliæ oues, alia atque alia miniſteria. Præterea, cũ nõ omnibus munus p̃ſbyterij cum manuũ impoſitione collatum ſit, non omnes ſunt ſacerdotes, neque omnes epiſcopi. Inquit enim Paulus, id quod ſupra oſtẽſum eſt. Nemini cito manus impoſueris. Itemque: Noli negligere gratiam quæ data eſt tibi cum impoſitione manuũ presbyterij. Et in Exodo. Non om̃es vncti ſunt, ſed Aaron (inquit dominus) & filios eius vnges & ſanctificabis eos, vt ſacerdotio fungantur mihi. Itemque & in Nume. de Phinees filio Eleazari, Aaronici generis, ita habes: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, q̃ ſemini eius, pactum ſacerdotij ſempiternum. Vt igitur non omnes ad carnale ſacerdotium Aaronicum vncti ſunt Iudęi, ita neque omnes Chriſtiani ex æquo ſacris myſterijs deputati ſunt. Inquit enim Paulus: Deus quoſdam quidem dedit apoſtolos, alios paſtores, moxque, ad q̃d dati ſint, infert, ad conſummationẽ myſteriorum, in opus miniſterij. Itẽque, Diuiſiones miniſtrationũ ſunt, idem autem dominus. Itemque, Habentes donationes ſecundum gratiã, q̃ data eſt in nobis, differentes, ſiue miniſterium in miniſtrãdo. Et iterum: Legatione fungimur pro Chriſto, tan q̃ deo exhortante per nos. Audis vbique diuiſiones eſſe miniſtrationũ. Accedit quod Chriſtus in cœna non omnes in ſacerdotes conſecrauit,

[Margin notes: 1. Timo. 5. — Exodi. 27. — Nume. 25. — Ephesi. 4. — 1. Cor. 12. — Roma. 12. — 2. Corin. 5 — Lucæ. 22.]

sed duodecim illos cum quibus cœnā ipsam ce lebrauit vltimā, qbus & potestatē fecit, nō mō sup corpus illud mysticū, qd est ecclesia, sed etiā sup verū corpus eius & sanguinē, vti mox dicemus. Ex ijs abunde patescit q̄ ineptiant q oībus Chrīanis ex æq̄ hanc potestatē tribuūt: non enim oēs legatione funguntur, sed apostoli horumq; successores, & quibus manus impositio obtigit episcopalis, porro non mulieres quibus Paulus solemni in conuentu loquendi ademit potestatem. Alioqui si id muneris omnibus cessisset, nihil ecclesiæ Christianæ esset confusius, nihil perturbatius. Omnia enim honeste & secundum ordinem fiant in vobis, testatur Paulus. Præter sacerdotium illud externis cæremonijs insigne & varie adumbratum, est et aliud quoddam internum, quo homo seipsum totum in holocaustum offert deo. quo omnes fideles, cum veteris tum noui testamenti initiati sunt, de quo in Exodo ita habes: Eritis mihi in peculium de cunctis populis (meā est enim omnis terra) & vos eritis mihi in regnum sacerdotale: Est illud Pētri. Vos autem gens sancta populus acquisitionis, regale sacerdotium. Et illud: Qui fecit nos deo nostro regnum & sacerdotes. Exigit hoc sacerdotium, vt exhibeamus corpora nostra hostiam sanctam, uiuētem, deo placentem, rationabile obsequiū nostrum, uti ad Romanos dicitur. Huius participes sunt oēs qui Christo insiti, seipsos student in bonis operibus exercere, siue seruus, siue liber sit, masculus vel fœmina, non enim est distinctio; atqui nō quisquis hoc sacerdotio initiatus

1. Cori. 14
1. Cori. 14
Exodi. 19.
1. Petri. 2.
Apocal. 1
Roma. 12.
1. Corin. 1

est. Initiamur autem in baptismate, mox eccle siastico atque externo dignus erit. Id enim in solos oleatos ac rasos, secundum patrum decreta cō petit.

XVI **Missam esse sacrificium omnium sacratissimum, quod a Christo institutum est, solisque sacerdotibus concreditum.**

Quanquam multa sint episcoporum ac sacerdotum ministeria, nullum tamen eo præstātius est, nullum sacratius, quo sacris altaribus astant, sacratissimam pro peccatis hostiam li-
Leuitici. 3 taturi, proque populi ignorātijs precaturi. Id enim
4. 5. 6. eorum muneris est, vt offerant pro peccatis populi, pro beneficij impetratiōe, pro delictis ex
Leuiti. 14. piandis, pro mūdatione leprosi. Hinc in Leuitico ad eum modum dicitur: Cumque sacerdos purificans hominem statuerit eum, & hæc oīa coram domino in ostio tabernaculi testimonij tollet agnum & offeret eum pro delicto. Et ob latis ante dominū omībus, immolabit agnū, vbi solet immolari hostia pro peccato, id est in loco sancto. Moxque ostēdens ad solos sacerdotes id sacrificij pertinere: Sicut (inquit) enim pro
Isaiæ. 65. peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia. Offerre igitur agnum pro peccatis, sacerdotalis est defunctiōis. At quem agnū iustius, quàm illum qui oblatus est, quoniā ipse vo
1. Corin. 5. luit? Pascha enim nostrum immolatus est Chri
Iohan. 1. stus. Rursusque Iohannes: Ecce agnus dei, ecce
Apocal. 5. qui tollit peccata. Et iterum: Vidi agnum stātem tanquam occisum, habentem cornua septem, Itemque: Quoniam occisus es, & redemi-

sti nos in sanguine tuo. Idem igitur ille agnus,
qui semel in carne passibili, rursus offertur in sa
cramento altaris. Probat id Paulus ad Hebræ
os prolixa aduersus carnale sacerdotiū dispu-
tatione. Ita enim habet: Translato (inquit) sa Hebre.7.
cerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat,
Et amplius adhuc manifestum est, si secūdum
similitudinē Melchisedec exurgat alius sacer-
dos, qui non secumdum legem mādati carna-
lis factus est, sed scd̄m virtutē vitæ insolubilis.
Contestatur enim, qm̄ tu es sacerdos in æternū
secundum ordinem Melchisedec. Itemq;: Chri
stus assistens pontifex futurorꝝ bonorꝝ per am-
plius & perfectius tabernaculum non manufa
ctum. i. non huius creationis. Iam si Christus sa Hebræ. 9.
cerdotiū habet perpetuum scd̄m ordinē Mel-
chisedec, perpetuū erit & sacrificiū: atqui nul-
lum eo dignius, quo seipsum Chr̄s sacerdos &
hostia deo patri per sacerdotum ministeriū of-
fert: Tu (inquit Dauid) es sacerdos in ęternum Psal. 109.
scd̄m ordinem Melchisedec. Accedit & illud:
Omnis pontifex ad offerenda munera & ho- Hebræ. 8.
stias cōstituitur, vñ necesse est & hunc habere
aliquid quod offerat. Obserua ꝙ dicit oēm pō
tificem constitutum ad offerendū. & mox: Ta
lem habemus pontificē, qui consedit in dextris
sedis magnitudinis in cælis, sanctorū minister
& tabernaculi ueri, quod fixit deus & non hō.
Quibus verbis quid apertius dici p̄t? Sctōrum
(inquit) minister cuius est offerre in tabernacu
lo illo. de quo in Apoc. sua Iohā. Ecce taberna
culum dei cum hoibus, et habitabit cū eis. Idē
aūt tabernaculum, eadē ecclesia, eadem spōsa
G

præsentis & futuri secli. Minister ṽo sc̃tõꝝ ip̃e dr̃, q̃nquidē seip̃m offerat, p̃sentecꝫ exhibeat dū sacra opant̃, dūcꝫ sacerdos sacris astat alta rib. Sacerdotes siqdē vel ob id maxīe sacrifici oꝝ noīe censent̃, ut sacra opent̃, sacracꝫ disp̃ sēt, procꝫ se, procꝫ aliȷ̃s sacrificiū offerāt. at q̃d?
Psalm. 4. Illud de q̃ Dauid: Sacrificate sacrificiū iustit. et Malachias postq̃ reprobauit crassæ legis holocausta ac hostias, aliud mox statuit, oīm au-
malach. 1. gustissimū toto orbe terraꝝ offerendū. Ab ortu (inquit) solis uscꝫ ad occasum magnū est nomen meū in gentibus, & in omī loco sacrifica t̃ & offert̃ nomini meo oblatio mūda, q̃a magnū est nomen meū in gentib. Paulocꝫ post de Christi aduētu, decꝫ ecclesia loquēs, ait: Et placebit dño sacrificiū Iuda & Hierusalē, sicut dies seculi, & sicut anni antiq. Hos locos si expē
malach. 2. damus, necessario inferimus, vt antiquata lege, aliud sacrificiū multo sacratius a ṽo Messia institutum sit, quod nō iam in Hierusalem, sed in omī loco eius nomini dicato, a veris Israhelitis offerendum est. Institutū aūt ē ȷ̃s ṽbis:
Lucæ. 22. Hoc facite in meā cōmemorationē. Quo loco
Matt. 26. ṽbū facere haud vulgariter accipit̃, quō indoctū vulgus solet, q̃nquidem idē significat, q̃d operari sacra, litare, ministrare aut sacrificare. Quisquis em̃ sacrificat, is & facit opis q̃ppiā.
1. Cor. 11. Ad quē modū & Paulus loquit̃: Ego em̃ accepi a dño q̃d & tradidi vobis. Et mox: Hoc facite in meam cōmemorationē. Instituitur igit̃ in cœna missæ sacrificium, confirmatur perinde atcꝫ oīa Christi opera in morte, adeocꝫ oīa respondent, vmbra luci, figura veritati; vetus

Illud non sanguine dedicatum est. Hic (inquit) sanguis testamenti, quod mandauit ad vos dominus. Dein successit nouum, quo abrogatur id quod imperfectum est, verum non sine sanguinis effusione. Inquit enim Christus: Hic calix noui testamẽti est in meo sanguine. Nõ quo missa solum testamenti nomine censeatur, qñquidem plura nempe vtrunque testamentũ contineat, q̃ missam, sed testamenti obsignatio & ratificatio calix ipse dr̃. Obfirmat & hoc sacrificiũ, q̃d Paulus Hebræis pręcipit: Oĩs, inquit, pontifex ex hoĩbus assumptus, pro hoĩbus cõstituitur, in ijs quæ sunt ad deũ, vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Præterea debet quẽadmodũ pro populo, ita etiã pro semetipso offerre pro peccatis. Hic obserua, hoc sacrificiũ offerendum pro peccatis, proque delictis populi, sic & aliquoties legimus offerendũ pro gratiarum actione, pro regibus, proque ijs qui rempublicã administrãt. Probat id Paulus, Timo. scribens: Obsecro primum oĩm fieri orationes, postulationes, gratiarũactiones pro omnib. hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Hoc est em̃ bonũ et acceptum corã saluatore nostro deo, qui oẽs hoĩes vult saluos fieri. Hic celebrandi ritus paucis indicatur. Sic & in Actis apostolicis: Ministrantibus, inquit Lucas (alij textus habent sacrificantibus, hoc est, sacra operantibus) illis domino, & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. En Lucas non horret verbum sacrificare, quod Lutheranos,

Hebræ. 9. Exodi. 24. Hebræ. 5. 1. Timo. 2. Actu. 13.

adeo offendit, vt passim abradant, exibilent, arrodāt. Adde ijs quæ apostolorum vt ex Petrus iu sua canonica differit: Vnusquisq; (inquit) si cut accepit gratiā in alterutrum illam admini
1. Petri. 4. strātes, sicut boni dispēsatores m̄ltiformis gratiæ dei. Si quis loquit̄ quasi sermones dei. Si qs ministrat, tanq̄ ex virtute, quam administrat deus: vt in om̄ibus honorificet̄ deus per Iesum Christum Et mox: Pascite qui in vobis est gregem dei. Obseruabis hic duo, alterum q grex dn̄i pascendus est. Verum quo cibo? Verbo Christi ac carne sanguineq; ipsius. Caro (inquit Chri-
Iohan. 6. stus) mea uere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Item: Caro mea est pro mundi vita. Alterum, q ministri altaris nō suapte virtute, corpus sanguinemq; Christi administrant, sed in virtute dei. Ipse em̄ adest sacris verbis, modo adsit legitimus minister, forma præscripta, fides ecclesiæ, materia. Elidit̄ & hoc loci error eorum, qui inficiātur conuersionem, qui sacramentum altaris negāt. Ex quibus expostulare velim, verba Christi, quibus ipsa consecratio conficitur, hoc est corpus meū, hic est calix sanguinis mei, efficiunt aliquid vel nihil. Si aliqd tum id quod præse ferūt, nempe præsentissimū esse corpus Christi & sanguinem, atq; ita præiacētem materiā, quo ad substantiā desijsse, solasq; spēs remansisse. si adest vt est, iam nō solū erit signum, nō solū memoria, sed etiamnū præsentissima ac ipsissima veritas: Sin nihil efficiunt, mentitus est Chr̄s, qui dicit, hoc est corpus meum, hic est calix noui testamēti sanguinis mei, Neq; em̄ frustra pronūciatur; Nihil em̄
Iob. 9

sine cã in terris sit, inquit Iob. Et Chrs: Amen dico vobis, non præteribit apex nec iota a lege, donec omnia fiant. Efficiũt igitur verba a ministro prolata legitimo ritu, id q̃d præ se ferunt, hoc est corpus Christi & sanguinẽ esse p̃sentissimum re ipsa, nõ in signo, nec in sola memoria. Quãquã tota missa sit memoria totius mortis Chri. Id quod & sequentia verba indicant, nẽpe illa de corpore, quod pro vobis tradetur. Itemq; & illa: qui pro vobis effundetᷣ. q̃ non de signo aliq̃, sed carne & sanguine Chri intelligũtur. Illa eñ sunt quæ pro totius humani gñis redẽptione tradita sunt ac oblata. Adde ijs quæ Paulus apud Corinthios differit: Calix bñdictionis, cui benedicimus, nõne cõmucatio sanguinis Christi est? Et panis quẽ frangimus, nõne participatio corporis dñi est? et paucis interiectis: Qui eñ mãducauerit & biberit indigne, iudicium sibi mãducat & bibit, nõ diiudicans corpus dñi. Vbiq; hic audis mentionem fieri corporis & sanguinis dñi bñdicti ac consecrati. Iã si vtrunq; benedictũ est, vt testatur Paulus, consequitᷣ necessario cõuersionem factã, oblationem ac pręsentissimã exhibitionẽ corporis et sanguinis dñi: Reus (inquit) erit corporis dñi. Item: corpus dñi est, non signũ aliquod, licet spẽs illæ quæ & sacri noĩe cẽsentur, uisibile signũ dici pñt, sub ijs tñ reipsa continetᷣ verꝫ corpus, verus sanguis, aĩa, deitas Chri, atq; proinde eodẽ, q̃ ille q ad pris dexterã sedet, cultu adorandus. Nã idem Christus ẽ, imo eius dẽ oblatio, q̃uis alio atq; alio mõ. In cruce eqdẽ passibili mõ, in missa mystico offerᷣ, vtro-

Matth. 5
Matt. 26.
1. Cor. 10.
1. Cor. 11.

bicꝫ tamẽ eadem hoſtia, idẽ qui offertur Chrs.
Id ſi capere non potes, ſola fides ſufficiat. His
adde ꝙ nobis Chrīanis altaria, tabulæ, ac mẽ
ſæ relicta ſunt. Id cum cõſtet, cõſectarium erit,
hoſtias nobis relictas, dona ac ſacrificia q̃ offe
Geneſi.35. ramus. Vix em̃ vſpiã q̃d cõſtet, cõperies ſacri
Exo.20.38 ficia ab altaribus ſeparata, ſed vbicunꝗ; alta
Iudicu, 6. ris vſus conceditur, cõceduntur & ſacrificia, id
3,Regũ.3, q̃d paſſim eſt ex altarib. per Noe, per Abraha
1,Paral.6, mũ, per Iacob, per Moſen, per Dauidẽ, per So
lomonẽ inſtructis, exploratiſſimũ. Sũt itaꝗ; no
bis orthodoxis altaria, una cũ ſacratiſſima ho
ſtia permiſſa. Teſtat̃ id Paulus: Nõne q edunt
1.Cor. 10. hoſtias, participes ſunt altaris? Et mox: Sed q̃
immolãt gẽtes, dæmonijs immolãt & nõ deo.
Nolo ãt vos ſocios fieri dęmoniorꝝ. Nõ poteſtis
calicẽ dñi bibere & calicẽ dæmoniorꝝ. Nõ po-
teſtis menſæ dñi partices eſſe & menſæ dæmo-
1, Cor, 4. niorꝝ. Itẽque: Qui altario ſeruit, de altari viuerę
debet. Eo pertinet et illud: Habemus altare de
quo edere non habent qui tabernaculo deſerui
unt. Et in Apoc. Vidi ſubtus altare dei animas
interfectorum propter verbum dei, & propter
Apocal,6, teſtimonium quod habebãt. Et rurſus: Et alius
angelus venit, & ſtetit ante altare habens thu
ribulum aureum, & data ſunt ei incẽſa multa,
vt daret de orationibus ſctõrꝝ omnium, ſuper
Apocal,8, altare aureum, quod eſt ante thronum dei. Nõ
abhorrent ab ijs ea, quæ in ſequentibus dicun
Apocal,11 tur: Surge, inquit, & metire templum dei, & al
tare, & adorantes in eo. Ex ijs omibus ſatis pu
to conſtare, vt altaria nobis iure diuino permiſ
ſa ſunt, ita & ſacrificium, quod ijs imponitur,

quodq; in ijs immolatur, id quod facile ex locorum expensione colligi posset, si nõ apud alios fusius de hac re scriptum esset, quos ipse tu lector consulas.

## Appendix de missandi ritu theutonico, XVII qui nuper cœpit in Germania.

Nec illud omittendum arbitror, quod a multis nuper cœptum ẽ, sacratissima illa mysteria palam omnibus agi, sine vllis scripturis, theutonico idiomate. Quibus in primis ob id non cedo, q missa omnium, quibus Christiani vtuntur sacramentis, ẽ sacratissimum, ea vero quæ sacra sunt, nõ passim omnium oculis sunt obijcienda, non omnibus proponenda, sed potius abscondenda, tegenda, & secretius agenda, id quod in figura olim effigiatum ẽ: tecta enim ẽ arca dñi a filijs Cahad. Cum ãt omnia figuris tecta, scripta sint ad nostram doctrinam, consequi videtur, & ea occultanda, quæ oĩm sunt dignissima. Idq; non modo ab Hebræis obseruatum in nominis tetragrammati, in arcæ & cæterorum, quæ solis competebant sacerdotibus, reuerẽtia, sed etiam apud prophanas & a deo alienas gentes. Neq; cum passim omnia omnibus communicata, sed paucis admonum, quibus & ab hoc munere nomẽ erat inditum, mystes aut summystes. Quo videlicet & re ipsa et noĩe oñderent, quanta reuerentia, quãtaue occultatiõe abdita illa mysteria forent tractãda. Mouet tñ & id me pcipuo, q theutonicũ sacrificãdi ritũ adeo detestor; primum, q si is receptus fuerit in Germania, quæ omnium natio-

num barbariſſimo vtitur idiomate, quippe q̄ proprijs characteribus careat, ex quotidiano vſu ea res, quæ omnium eſt ſacerrima, in contemptum veniet, in ſibilum, id quod iam fere non ſine ignominia ac ſempiterno opprobrio experti ſumus. Dein quod ſi is tam gratus foret deo, dubio procul, reuelaſſet ſanctiſſ. patribus, qui hactenus in Germania latina miſſa ſumma cum deuotione vſi ſunt. Nec enim credibile eſt numen illud cæleſte fefelliſſe patres, & vita & eruditione conſpicuos. Porro ſi fefellit, cum ea res ad p̄cipuum articulum fidei noſtræ pertineat, conſequitur neceſſario & deum mendacem, qui pollicitus eſt ſeſe non defuturæ

Math. vl. eccleſiæ, & maiores noſtros vniuerſos damnatos. Verum o impietas, o inſania. Proinde et id annotandum, eum celebrandi ritum nō modo ab vniuerſalis eccleſiæ conſuetudine alienum, ſed etiamnum merum figmentum, & caninū quoddam ludibrium. Caninum inquam, quippe quod ab ijs perficitur, inuehitur, qui extra eccleſiam ſunt, foris enim venefici & canes.

Apoca. 21 Conſtat enim eos eccleſiæ morem īuertere, porto & naufragium in fide feciſſe. Iam cum non adſit fides eccleſiæ, quæ omnium ſacramentorum baſis, ac ianua eſt, fruſtra tentant ſuperſtruere latera domus, fruſtra iactitant ſacramenta. Eos vero quos Luteranos appellitant, in fide nutare, quatenus ad euchariſtiam attinet, vel eo compertum eſt, quod non credunt ſacrificium, non credunt Chriſti corpus, carnem,

Hebreo. 11 ſanguinemq; præſentem, alij enim vna cū pane fingunt, alij ſolum ſignum agnoſcūt. Eccl'ia

vero vniuersalis conuersionem ipsissimam fa tetur, verbis Christi edocta quibus dicit, hoc est corpus meum: nō enim inquit, hoc est signū sed hoc est corpus, hic sanguis. Stant igitur firmiter Christi verba nobiscum in acie, accessit & ijs ecclesiæ catholicæ & determinatio, et receptissima consuetudo, a quibus omnibus ij lapsi sunt, qui hunc profanum ritum introducere moliuntur. Porro neq; in ijs solum labūtur, sed & fracta est et labefactata horum fides, quod ipsum sacerdotium promiscuum ac commune volunt esse, cum viris tum mulieribus. Itaque quamuis non sint sacris ministrandis deputati laici, hunc ritum attentant. Quo fit, vt nihil prorsus agant, sed rideant ac subsannent potius deum suis in cripticis conuenticulis, quā colant. Vt enim forma verborum præscripta, vt materia debita ad huius sacramenti legitimū vsum est necessaria, ita & ecclesiæ catholicę fides, animi intentio, ac sacris initiatus minister Verum (inquit) Luterus eam fidem, hocq; aio destinamus, q̄d Chr̄s in cœna, q̄ ergo fit nō celebrare, aut consecrare nos? Si idē credis, aïoq; statuis q̄d Chr̄s, cur negas missam esse sacrificiū, imo cur id negas eē, q̄d asserit Chr̄s, nēpe conuersionem. Itaq; quorsum, quorsum te vertas, quantumuis sis polypus, non euadis, non elaberis, immo nihil efficis, solum vētum uerberas, deumq; hominesq; rides, quin idololatriæ crimen admittis, te aliosq; perdis, qui tuæ perfidiæ manus dederunt. Nos contra Christiani, mysteria hæc & obseruatione summa peragemus, & id curabimus, quo minus profanis

num barbariſſimo vtitur idiomate, quippe q̃ proprijs characteribus careat, ex quotidiano vſu ea res, quæ omnium eſt ſacerrima, in contemptum veniet, in ſibilum, id quod iam fere non ſine ignominia ac ſempiterno opprobrio experti ſumus. Dein quod ſi is tam gratus foret deo, dubio procul, reuelaſſet ſanctiſſ. patribus, qui hactenus in Germania latina miſſa ſumma cum deuotione vſi ſunt. Nec enim credibile eſt numen illud cæleſte fefelliſſe patres, & vita & eruditione conſpicuos. Porro ſi fefellit, cum ea res ad p̄cipuum articulum fidei noſtræ pertineat, conſequitur neceſſario & deum
Math. vl. mendacem, qui pollicitus eſt ſeſe non defuturū eccleſiæ, & maiores noſtros vniuerſos damnatos. Verum o impietas, o inſania. Proinde et id annotandum, eum celebrandi ritum nō modo ab vniuerſalis eccleſiæ conſuetudine alienum, ſed etiamnum merum figmentum, & caninū quoddam ludibrium. Caninum inquam, quippe quod ab ijs perficitur, inuehitur, qui extra eccleſiam ſunt, foris enim venefici & canes.
Apoca. 21 Conſtat enim eos eccleſiæ morem īuertere, porto & naufragium in fide feciſſe. Iam cum non adſit fides eccleſiæ, quæ omnium ſacramentorum baſis, ac ianua eſt, fruſtra tentant ſuperſtruere latera domus, fruſtra iactitant ſacramenta. Eos vero quos Luteranos appellitant, in fide nutare, quatenus ad euchariſtiam attinet, vel eo compertum eſt, quod non credunt ſacrificium, non credunt Chriſti corpus, carnem,
Hebreo. 11 ſanguinemq́ præſentem, alij enim vna cū pane fingunt, alij ſolum ſignum agnoſcūt. Eccl'ia

vero vniuersalis conuersionem ipsissimam fatetur, verbis Christi edocta quibus dicit, hoc est corpus meum: nō enim inquit, hoc est signū sed hoc est corpus, hic sanguis. Stant igitur firmiter Christi verba nobiscum in acie, accessit & ijs ecclesiæ catholicæ & determinatio, et receptissima consuetudo, a quibus omnibus ij lapsi sunt, qui hunc profanum ritum introducere moliuntur. Porro neq; in ijs solum labūtur, sed & fracta est et labefactata horum fides, quod ipsum sacerdotium promiscuum ac commune volunt esse, cum viris tum mulieribus. Itaque quamuis non sint sacris ministrandis deputati laici, hunc ritum attentant. Quo fit, vt nihil prorsus agant, sed rideant ac subsannent potius deum suis in cripticis conuenticulis, quā colant. Vt enim forma verborum præscripta, vt materia debita ad huius sacramenti legitimū vsum est necessaria, ita & ecclesiæ catholicę fides, animi intentio, ac sacris initiatus minister Verum (inquit) Luterus eam fidem, hocq; aio destinamus, q̄d Chr̄s in cœna, q̄ ergo fit nō celebrare, aut consecrare nos? Si idē credis, aioq; statuis q̄d Chr̄s, cur negas missam esse sacrificiū, imo cur id negas eē, q̄d asserit Chr̄s, nēpe conuersionem. Itaq; quorsum, quorsum te vertas, quantumuis sis polypus, non euadis, non elaberis, immo nihil efficis, solum vētum uerberas, deumq; hominesq; rides, quin idololatriæ crimen admittis, te aliosq; perdis, qui tuæ perfidiæ manus dederunt. Nos contra Christiani, mysteria hæc & obseruatione summa peragemus, & id curabimus, quo minus profanis

margaritas obſpergamus. Vobis (inquit Chri-
ſtus) datum eſt noſſe myſterium regni. Et item.
Matth.1. Nolite ſanctum dare canibus, & Non mittatis
margaritas ante porcos: Non tamen negauerim multa ex ijs quę in miſſæ ritu obſeruantur leguntur, latineq́ pronuntiantur, & poſſe & deberi palam rudi & inerti populo declarari. Verum aliud eſt pro ſuggeſto declamare verbum dei, aliud arcana illa et abdita myſteria operari, hoc fieri debet Latina, Græca, aut Hebraica lingua in fide eccleſiæ, illud publicis in conuentibus quocunq́ idiomate, mõ ædificet, doceat, moueatq́ hominum animos in deum. Obſerua, q̊d verbũ facere idẽ ſignificare dico, q̊d offerre, vel conſecrare, eoq́ cũ Chrm̃, tum Paulũ vſum. Nõ id ſine ſcripturaꝝ auctoritate factũ exiſtimes. Nã ad eũ modũ, eaq́ in ſignificãtia et in pſalmo accipit: Faciã tibi boues cũ
Palm.65. hircis. Sic & ĩ Luca: vt facerẽt pro eo iuxta legis cõſuetudinẽ: facere hoc loco idẽ eſt, q̊d offerre. i. vt offerrẽt pro eo. Neq́ hic qs cauilletur Chrĩ parẽtes non fuiſſe ſacerdotes, atq́ proin de nõ obtuliſſe. Veꝝ obtulerũt ſuo mõ, q̊ videlicet iuſſi erãt, p legẽ Moſi, hoc ẽ dare hoſtiã p ſacerdotẽ offerendã. Quo mõ haud ſemel monet ꝓpꝰus offerre hoſtias, victimas, holocauſta pro expiãdis peccatis, proq́ accepti beneficij grãaꝝactione, Quod ṽo Luth. huius ṽbi ſignificãtiã adeo in arctũ cõtrudũt, vt idẽ ſignificare dicãt quod comedere & bibere, ridiculũ eſt Si qdem ṽbo Chrĩ aliud nihil iuſſum eſt fidelibus, q̃ vt edant & bibant, paꝝ abſunt a Sardanapali inſtitutis: Ede, inqt, comede & bibe

post mortē nulla voluptas. Porro si hoc solū ius sit Christus, quo pacto eucharistiæ sacramētū cōficiemus? Certū eñ & ipsis hæreticis proba tū, esse sacramentū, quod non sine v̄bo cōficit, Aug. teste: Accedit v̄bū ad elementū & fit sacramentū. An forte edēdo & bibēdo cōficit? Ecqs tū nō cōficit? qs nō offert? Neq3 igitur id solum quod fingunt Luth. significat, hoc est ędere corpus dñicum & calicē sacrū bibere, sed accipere, gratias agere, prolatisq3 v̄bis, bñdicere, offerre, litare, sacra opari, frangere. Id q̄d ministroꝝ est altaris, vt paulo añ fusius ac locupletius deductum atq3 ex positum est. Scripsi in loco quopiam Theutunicum celebrādi ritum meꝝ eē figmētum, id q̄d male habuit q̄sdā vt audio, q̄si ego hæreticis adimā conferendoꝝ sacroꝝ potestatē, cōtra Aug. et Ecclię catholicę decreta, fateor ingenue me & Aug. & ecclīæ Decreta, & Scholasticos Theologos de hac re añ qndecim annos nō oscitant, neq3 p trāsennā legisse, & q̄ decernunt, viuaci hactenus memoria deo auspice recōdisse, insuper & indies refricare, q̄ olim legerim. Veꝝ nunq̄ in aīm induxi hæreticos nō cōficere quocunq3 tādē idiomate abutant, mō cætera sint paria, sed id indicaui, quod & mihi persuasissimū ē, eos ob id nō cōsecrare, quod in forma intentionis, ac fidei claudicēt, etiā si cætera paꝝ fœlicit ad sint. Nun tibi videbitur merum figmentum, si quidem verba Christi Minister ad hoc solum pronunciet, vt edat & bibat, non etiam vt offerat, ut consecret vt gratias deo agat. Certo monstrum non modo figmentum dici potest

Si quispiam pronunciet: hoc est corpus meum, animo vero pronunciatis verbis tam non accedat, vt mox diuersum ijs & pugnans pertinaciter asserat, dicens nō iam hoc esse corpus pus Christi, sed signum, sed panē merum, quo ventrē impleat, quem edat solum, & preterea nihil. Quam existimas hic inter pronunciandū habuit opiniōem? qua fide imbutus fuit? Qua intentione animi? Qui simul atq; verba protulit, palinodiam occinit, dicens se non id sensisse quod prę se ferunt, id est carnem et sanguinem Christi præsentissimum, sed aliud ab ijs dis dia pason diuersum. Porro lubens sententiam meam ecclesiæ catholicæ subijcio: interim tamen etiam atq; etiam rogo, lector singula perpendat, quæ ad prophanum illum missandi ritum accedunt, tum mecum & ipse non errabit ab ecclesia determinatione: sentietq; eum ritum, caninum esse, ac cripticum ludibrium, et pręterea nihil.

## XVIII. Laicis vnam eucharistiæ speciem sufficere.

Vnam speciem eucharistiæ laicis sufficere facile diduci potest. Primum, q nusquam legatur vtraq; species præcepta. Iam etiam si alicubi inueniretur, non esset tamen illud iugum domini suaue, tolerabile ac possibile. Quando quidem non omnibus in prouincijs, non omnibus in regionibus vina crescunt, neq; etiamsi aliunde aduecta fuerint, omnibus vini speciē sumentibus sufficerent. Vt interim sileam effusiōis periculum, periculum acedinis, corruptio

Matth. 11.

nis, ac nauseationis, et id genus alia incommoda: quæ passim & contigerunt olim & contingere indies possunt, quæ subinde legem Christi non suauem, sed exosam redderent. Accedit & illud, quod sub exordio nascentis ecclesiæ vna specie synaxeos, nempe panis, fideles non semel leguntur participasse. Hinc in Actis dicitur apostolicis: Erant enim communicantes in fractiōe panis. Sic & Christus discipulis in Emmao non vtramuis speciem, sed alteram, nempe panis, legit tradidisse: Et factum est, ait Lucas, cum accumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat illis, vnde & in fractione panis cognouerunt eum. Cōtulit atque fregit id eis, quod ī vltima cœna promisit, vt sui erga nos euidentissimum amoris indicium. Vnius enī speciei communio satis indicat, id quod Christus hac sumptione voluit esse testatissimum, nempe incorporatiōem nostri in ipsum Christum: id est quod toties Paulus panis nō vini meminit: Hic est Christus panis qui de cœlo descendit, vt si quis manducauerit ex eo, non moriatur. Et iterum: Panis verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mūdo. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Et caro quidem mea est pro mundi vita, hunc panem q̄tidie expetimus: Panem nostrum superstātialem da nobis ho. Rursusque Paulus: Vnus panis & vnum corpus multi sumus omnes, qui ex eodem pane participamus. Atque ob id Christus posteaquam panis speciem tradidit, præcepit eis dicens: Hæc facite in meam commemorationem, id quod magis ad sacer

Actis. 2.
Lucæ. ult.
Iohan. 6.
Matth. 6.
1. Cori. 10.

Matth. 18. dores q̃ ad promiscuũ uulgus refert. Accedit r̃ꝰ ecclesię determinatio, q̃ Chr̃s p̃cipit audiendã q haud dubie nunq̃ alterã speciem reliquisset laicis, altera adempta, si id vsus totius habuisset ecclesiæ. Adest enim ecclesię suæ in fidei causis, id q̃d promisit dicẽs: Vbicunq; duo vel tres in noĩe meo cõgregati sunt, in medio eorꝫ sum. Adfuit igitur patribus sacro in Constantieñ cõcilio, decretumq; de non sumenda altera specie roborauit, atq; proinde seruandum, quod inibi iuste determinatum est. Atq; vtinam digni vnam speciem suscipere essemus. Probet (inq̃t

1. Cori. 11. Paulus, seipsum homo, & sic de pane illo edat &c. Id magis curandum vt digne, quam ut uafre communicemus: Nihil enim minus suscipit laicus sacerdote, q̃tum attinet ad rationem sacramenti, fructus & vtilitatis, si modo constãti fide, purgato corde, humili spiritu accesserit. Id quod potissimum præcipitur. Satius enim esset semel in anno iuxta ecclesiæ præscriptũ cũ fructu ad alteram speciem accedere, quam singulis diebus vtraq; vti specie indigne. Indigne aut utitur, qui non secundũ receptissimum ecclesiæ ritum accedit, qui non vetus fermentũ expurgat, qui nõ passionis Chr̃i meminerit.

## XIX. De sacramento confirmationis.

Ab omnibus Christianis receptum est confirmationem esse sacramentum, partim Chr̃i facto, q̃n manus infantibus imposuit, partim

Matth. 19. apostolorum exemplo factoq; cum institutum tum declaratum, ad hoc vti fideles nuꝑ chr̃ianæ militiæ per baptismũ inscripti, accepto ro-

bore spiritusſancti, qui in eo ſacrō plenius adijcit, aduerſus multiplices dæmonū inſultus obfirmentur ac roborentur, apoſtolorū exemplū in confeſſo eſt. Cum enim audiſſent apoſtoli, q erant Hieroſolymis, quia recipiſſet Samaria verbum dei, miſerunt ad eos Petrum & Iohannem. Qui cum ueniſſent, orarunt pro ipſis ut acciperent ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Et tunc imponebant manus ſuper eos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Idemq; et Epheſijs teſtatur Lucas geſtum: His (īquit) auditis, baptizati ſunt in nomine domini Ieſu: & cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit ſpiritus ſanctus ſup eos. Obſeruandum duo præcipua, quæ huius ſacramenti & rem & rationem important, gratiæ videlicet iuiſibilis, viſibile ſignum, & miniſtrū Viſibile ſignum, manus impoſitio, dum videlicet dicit. Conſigno te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis in nomine patris & filij et ſpiritusſancti. En hic habes & ſignum & dei verbum, quo dicitur, conſigno confirmoq; & cætera. Iam quādo deus non poſſit non adeſſe ſuo verbo, inuocabunt (inquit) nomen meum, et benedicam eis, conſequi videtur neceſſario, in huius ſacramenti receptione, gratiæ augmētum, robur atq; auxilium conferri. Miniſter vero epiſcopus eſt, qui in apoſtolorum functionē ſucceſſit.

Actis. 8.

Actis. 19.

Numer. 6.

**Vnctio extrema inter ſacramenta nouæ legis cenſetur.** XX

Cum passim Lutherani non secus atq; bru
ta animantia sine vllis sacramentis rite susce-
ptis viuãt, aggressi sunt & vnctionis extremæ
dignitatem: quam vbi penitus euertere nequi-
uerũt, id conati sunt, vt huius autoritatem ele-
uent, extenuent, minuant. Res enim ipsa vtcũ
q; insaniant, manet, quantumuis vsus eius nõ
nullis in locis intereat. Relicti enim sunt viri se
Roma.11. ptem milia adhuc qui nõ incuruauerũt genua
sua ante Baal. Quis vero eius vsus sit, quod si
gnum, quę vtilitas, non pauci satis superq; scri
pserunt. Datur enim atq; adhibetur hoc sacra
menti ob id uel maxime, q; ij qui corpore dece
dunt, eo securius pergant. Huius vero instituti-
Mar.6. onem a Christo factam ex eo liquet, quod apo
stoli eo vsi sint: Vngebãt (inquit Marcus) mul
tos oleo, & sanabant. Id nõ attentassent, quẽ-
Roma.15. admodum & Paulus aliud nihil dicit se fecisse
quod non per ipsum Christus effecerit. Christi
igitur & præcepto & exemplo ducti, qui sau-
cij hominis vulnera nõ modo vino, sed & oleo
Iacob.5. sanauit, & ipsi vngebant. Quem ritum Iaco-
bus in primitiua ecclesia abseruatum testatur:
Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros
ecclesiæ, & orent super eum, vngẽtes eum oleo
in nomine domini, & oratio fidei saluabit infir
mum, & alleuabit eum dominus: et si in pecca
tis sit, remittentur ei. Hic palam obtundit Ia-
cobus ora loquentium mendacium, ac eorum
qui putãt alienam fidẽ nullius momenti esse:
Inducat, inquit, presbyteros ecclesiæ. Item: ora
tio fidei saluabit infirmum. Tam enim miseri-
cors est summus ille rerum plastes, vt alienas

preces, alienamq́ꝫ fidem quandoq́ꝫ respiciat: Actis. 4.
Videns enim fidem illorũ, alibi testat̃ scriptu- Matth. 9.
ra, dixit, remittuntur tibi peccata tua. Itaq́ꝫ q̃-
tum ad sacramentum extremæ vnctionis atti
net, ea q̃ dicta sunt, sufficiant.

## Sine pœnitentia & contritione non condonantur peccata, quantumuis fidẽ quis sibi arroget. XXI

Sine pœnitentia non condonari peccata ex eo liquet, q̃d dei clementia toties nostrum redi tum, toties nostrum ab erratis spõtaneum ani mi angorem efflagitat. Operæpretium enim fuerit animum agnoscere admissa, agnita de- testari, lachrymisq́ꝫ extergere. Testatur id Io- Iohelis. 2.
hel: Conuertimini ad dominum deum vestrum in toto corde vestro, quia benignus & miseri- cors est, patiens & multæ misericordiæ, & p̃- stabilis super malitia. Idem & Zacharias: Cõ Zachar. 1.
uertimini ad me. & ego conuertar ad vos. Ad idem Iezechiel: Si impius egerit pœnitentiam Iezechi. 18
ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus &. 33.
est, & custodierit omnia præcepta mea, sequi- tur: vita viuet, et non morietur. Atq́ꝫ mox: Nõ est voluntatis meæ mors impij, sed magis vt conuertatur & viuat. Ita & Ieremias: Arguat te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Sci Ieremi. 2.
to & vide quoniam malum est & amarum, reliquisse te deum tuum, & non esse timorem eius apud te. Et mox: Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Itidem & Isaias: Si reuer- Isaiæ. 30.
tamini & quiescatis, salui eritis. Obseruãdum

hos tum demum salutem consequuturos, si à
peccatis quiescant, si resipiscant, si discant be-
Ecclesi.17. ne agere. Sic Ecclesiasticus: Ne tardes conuerti
ad dominum, & ne differas de die in diem. Et
iterum: Pœnitentibus autem dedit dominus
Ecclesi.5. viam iustitiæ, & confirmat deficientes sustine
re, & destinauit illis sortem veritatis. Conuer-
tere ad dominum, et relinque peccata tua, prè
care ante faciem domini, & minue offendicu
la. Reuertere ad dominum, et ab iniustitia tua
auertere, & nimis odito execrationem. Eandē
Ephesi.5. resipiscentiam & Paulus præcipit: Surge (inq-
ens) qui dormis, & exurge a mortuis, & illu-
Roma.2. minabit te Christus. Et iterum: Ignoras quoni-
am benignitas dei ad pœnitentiam te vocat.
Eiusmodi animi pro peccatis dolorem & Da
Psalm.50. uid ingerit, & veluti indicat: Cor contritum et
Psal.146. humiliatum deus non despicies. Itemque: Qui
sanat contritos corde & alligat contritiões eo
Daniel.3. rum. Eandem & Daniel sententiā profert: In
Isaiæ.38 spū contrito, & humiliato suscipiamur a te dñe
Eadē & Ezechia: Recogitabo tibi oēs annos
meos in amaritudine animæ meæ. Eo pertinet
& illud, q̊d clementissimus ille deus non aliјs
remittit peccata, quam ijs qui petunt, qui ad
Lucæ.18 se confugiūt. Ad quem modum publicanus di
Lucæ.15 xit: Deus propitius esto mihi peccatori. Et ite-
rum: Pater peccaui in cœlum & coram te. His
pensiculatis, satis manifestum est, non solam fi
dem sufficere ijs qui resipiscunt. Oportet enim
detestari peccata, oportet surgere, atque ad de
um conuertere: id vbi feceris, habebis numi-
Cantico.? nis præsentiam. Reuertere reuerte Sunami-

tis, vt intueamur te: ita enim hortatur vti faciat anima peccatis obnoxia, in canticis Solomon.

## Pœnitentia salubriter inchoatur a timore domini. XX II.

Timorem domini initium esse quandoq; sapientiæ, ex Sapiente didicimus: Principium enim sapientiæ timor domini. Id quod & Dauid testatur. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine, Misericordia allicit suauitate amicitiæ: Iudicium terret & concutit, angoremq; ingerit deploratis conscientijs, quem comitari plerunq; solet perfecta charitas, quæ foris mittit timorem. Ad quem modum Dauid fatetur sese concussum: Circundederunt (inquit) me gemitus mortis, & dolores inferni inuenerunt me. Itemq;: Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et item: Confige timore tuo carnes meas. Per timorem enim domini declinat omnis a malo. Et iterum: In timore domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes. Timor domini fons vitæ. Ad idem Ecclesiasticus: Qui timent dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui enim sine timore est, non iustificabitur. Et rursus: Timor dei initium dilectionis eius. Huc tendunt, quod toties sacræ literæ comminantur nobis pœnam gehennæ, tenebras exteriores, perditionem, æternos cruciatus vermis, mortis, damnationis. Hinc Christus: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et iterum de nequam seruo: Iratus dominus tradidit eum

Ecclesia. 1
Psalm. 100
Psalm. 118
Prouer. 15
&. 16
Proue. 14
Ecclesi. 2.
Lucæ: 13.
Matth. 18.

tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Itidemque: Timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. His atque alijs, quę prolixius fuerit adducere, quam oportet, satis constat timorem domini præparare ad iustitiam viam, quo commodius perfecta ingrediatur charitas, siquidem non consistat animus intra terminos huius timoris seruilis, sed sese erigat in æternum illud ac incommutabile bonum, cui propter seipsum adamatum, inhæreat, seruiat. Id vbi fecerit, iam redit summa illa animi libertas, iustitia, regnum Domine (inquit Isaias) in angustia quæsierunt te, in tribulatione murmuris, sequitur: A facie tua domine concepimus, & peperimus spiritũ salutis.

Matth. 10. — Isaiæ. 26.

## XXIII. Non sat fuerit deo confiteri, nisi etiam ministro vice dei fungenti peccata tua detegas.

Quamuis multi inter se de confessiõe sacramentali, quam auricularem alij vocant, varient, mihi tamen satis ecclesię praxis eam interpretari videtur. Neque enim existimo tam grauissimum onus & dei ministris, & pænitentibus impositum, nisi dei verbo insinuante, et veluti ob oculos ponente, quid vtrisque agendum, siquidem mortalis criminis lepra animum infecerit. Vt videlicet illi medici loco sese constitutos sciant, quorum interest miseras ac desperatas alioqui cõscientias per viuũ dei verbũ sanare, elisas erigere, infirmas obfirmare, spemque cõsequendæ veniæ ingerere. Atque ob id vel

consultissimum fuerit frequentius suam turpitudinem denudare prudenti & experto medico, qui vulneribus medendis certa adhibere potest pharmaca. Hi vero qui peccatis obnoxij sunt delicta agnoscant, morbum intelligāt, quod lethale vuln⁹ inflictum est, atq; tum dein deleant, detestentur: vtq; sint certissimi se in gratiam receptos, ad eum confugiant, qui cū dei vice, tum ecclesiæ perfungitur. Hoc voluisse Christum cum facto, tum uerbo constat. Is nanq; quamuis leprosum sanauerit, nihilo minus tamen ad sacerdotem misit, dicens: Vade ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moses. Et apertius in resuscitatione quatriduani Lazari, quem nō sat fuit reuocasse ad vitam, nisi & ad apostolos diceret Christus: Solute eum et sinite abire. Ipse enim salutis autor, ij cooperatores: Dei (inquit) cooperatores sumus. Itemq;: Adiutores sumus gaudij vestri. Itaq; facto indicauit quid faciendum īfirmis ac mole peccatorum ligatis conscientijs. Accedit facto verbum ipsum, quo instituta ac ceu insinuata est sacramentalis illa confessio. Insufflauit enim in eos, dicēs: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Accipite, inquit, vos apostoli, vestriq; successores, qui legatione pro me, penes quem prima est potestas condonandi peccata, fungemini: vestrū erit & remittere & retinere, quo certiores sint sibi noxam condonatam, seque ad ecclesiæ catholicæ gremium redijsse. Vobis ligandi & soluendi, remittēdi, ac retinendi peccata fa

Matth. 8.
Iohan. 11.
1. Cori. 3.
2. Corin. 1
Iohan. 20.

cio potestatem. Verum cum sitis homines, mihiq soli corda patescant hominum, vos lateāt operæpretium fuerit infirmis conscientijs, aperire morbum, retegere vulnus. Sunt enim ministri dei iudicis loco constituti, atqui rerum incógnitarum nemo bonus iudex, (Necessum ergo erit vt singula quæ iusta examinatione occurrere in animum poterunt, crimina manifestent quo iudex ille atq arbiter sacerdos apertius intelligat, quæ remittere, quæue retinere debeat, quo singulis morbis congruētem adhibeat medicinam, rursusq ecclesiæ reconciliet. Accedit ijs vsus primitiuæ ecclesiæ et exemplum, quod

Actis. 19. in actis legimus apostolicis: Cum spiritus nequam insilijsset in filios Sceuæ principis sacerdotum ob peccata sua, ingens timor inuasit omnes, adeo vt multi credentium venirent ad Paulum & alios apostolos confitentes & annuntiantes actus suos. Eundem morem indi-

1. Iohan. 1 cat & Iohannes: Si confiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. At per quos remittet? Per eos nimirum quibus dixit: Quorum remiseritis peccata remittētur eis. Idem testatur & Iacobus, posteaquam dixisset, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & mox q eisdem confitenda sint peccata adiecit: Confitemini ergo alter

Iacobi. 5. utrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini: perinde atq diceret. Quanq presbyteri dignitate & officio superiores sint, natura tamen & gratia sunt fratres, & eisdem ceu fratribus & cooperatoribus salutis vestræ

peccata iuistus quam aliis confiteamini. Eo pertinet et illud, quod Iohanni Bapptistę Christi præcursori, homines errata sua confitebantur, quo uidelicet redderentur proniores ab subeundum confessionis iugum. Vt enim Iohannis baptismo homines ad Christi baptismum disponebantur, ita & peccatorum confessione quæ tum Iohanni fiebat, præparabantur futuræ confessioni sacramentali. Hanc sententiam multis figuris olim spiritus sanctus prędixit ac deliniauit, dum pro delictis apud sacerdotem pronunciatis, Iudæi iubentur hostias offerre. Nam quod ibi egit sacerdos circa eum qui lepra fuit obspersus, hoc, quamuis multo excellētius, agit hic Euangelicus minister circa eum qui peccati reus est, vt testatur diuus Hieronymus super Matthæum. Hinc in Leuitico dicitur, Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel male quid faceret vel bene, et non fecerit, sequiturː oblitaq; postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato. Cyrillus legit pronuntiet peccatum suum, & offerat de gregibus agnum, orabitq; pro ea sacerdos & pro peccatis eius, & dimittentur ei. Et paulo inferius: Aīa q̄ peccauerit per ignorātiā, ex iis q̄ lege domini prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem, offeret arietē sacerdoti iuxta mensuram æstimationēq; peccati, q orabit pro eo et dimittetur ei. Vterq; hic locus adeo visus est Cyrillo pro confessione facere, vt etiānum affirmet cuiusuis generis peccata detegenda. Id quod et Christi verbis indi

Matth. 3.

Leuitic. 5.

Ibidem.

catur: Quorum (inquit) peccata, id est, quicquid habet rationem peccati, siue occultū siue manifestum fuerit, non enim distinxit Christus, sed indefinite atque simpliciter locutus est: Quorum remiseritis peccata. Iam cū constet occulta de decoris nostri peccata esse, ea ipsa cadunt & sub iudicio sacerdotis vice dei perfungentis.
Prouer. 28 Quisquis enim absconderit scelera sua, non dirigetur: qui autem ea confessus fuerit, misericordiam consequetur. Id est quod in Numeris dicitur:
Nume. 5. Vir siue mulier cū fecerint ex omnibus peccatis, quæ solēt hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, confitebūtur peccatum suum. Diligenter obserua quod dicit, ex omnibus: quo consequitur non satis esse peccata deo confiteri, sed oportet etiam ea hominibus aperire, modo velis ad gratiam reuerti. Omnia igitur confitenda seu manifesta seu occulta sint, quæ sub peccatorum nomine continentur. Est enim Christi verbū indefinita locutio, quæ nec hoc nec illud excludit, sed generatim quicquid rationem habet peccati includit, hoc est peccata oris, cordis, & operis.

XXIIII. **Post remissam atque condonatan culpam, lege a deo data, manet homo pœnæ tēporali obstrictus.**

Quanquam multis absurdum videatur noxam peccati, sine cuiuslibet pœnæ imputatione remitti, quod clementissimus ille deus multo pronior sit ad ignoscendum, quam ad vindicandum, quisquis tamē intus & adamussim rem ipsam

introspexerit, comperiet sacris literis non semel contineri, quod remissa culpa, pœnæ aliquota pars remaneat, quam operæpreciũ est, vel hic vel posthac solui. Idq; lege a deo data. Nõ eñ refragor, deum pro immensa clemẽtia sua posse & culpam & pœnam omnem condonare. Verum quæ a communi lege exorbitant, nequaquam sunt ad consequentiã trahenda. Erit ꝙ igitur ei exoluenda pœnę aliquota pars, cui peccata remittuntur. Idq; vel ex eo constat, ꝙ deus ipse, & si sit misericors, est tamẽ & iustus, teste Dauide: Misericordiam (inquit) & iudicium cantabo tibi domine. Exigit ea iustitia vt nullum malum sit impunitum: punitur autem vel spõtaneis, vel a deo ipso inflictis pœnis. Ita puniuit olim Adamũ illum totius humani generis parentem, cui pœnitẽti grauissima pœna imposita est: In sudore (inquit) vultus tui vesceris pane tuo. Ad Euã quoq;: Multiplicabo ærumnas tuas & cõceptus tuos. Hic quid grauius imponi potuit? Idem in Dauide videmus, cui & si noxa non fuerit imputata, non tamen euasit grauissimas persecutiones, pœnas ac hostiũ turbellas. Audiens eñ a Nathan peccati enormitatem, mox agnouit, confitebatur: Peccaui domino, inquiens. Ad quam confessionem nõ imputabatur peccatũ, quatenus ad offensam attinet, veruntamẽ remansit obligatio ad aliquotam pœnæ partem. Vnde mox infert: Dixit quoq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter verbum hoc, filius qui natus est ti

Psal. 100

Genesi. 3.

2. Reg. 12.

2,Reg,15, bi, morte moriatur. Et in sequentibus habetur,
&,16 dñm illi malum suscitasse de domo sua, haud dubium in peccati admissi expiatione. Id etiã mouit Dauid ad tam grauissimam pœnam, qua se suapte sponte afflixit subeundum. Quã-
q̃ enim sciret remissam sibi noxam, nihilo ta-
Psalm,50, mẽ minus reseruatam ac impositam peccatis pœnam, modo lachrymis, modo singultibus, modo ieiunio studuit abstergere, ac in seipso vindicare, id quod subindicat dicens: Sacrificium (inquit) deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ deus non despicies. Et
Psalm,19, item: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Itidem ieiunijs multis & precibus peccati noxã abstersit, quod minime fecisset, si pœnam vna cum offensa remissam intellexisset. Audiuerat enim pœnam translatam, sed non prorsus condonatã, id quod rei exitus postea edocuit. Consonat ijs, quæ Paulus dicit: Si nosmetipsos diju
1,Cor,11, dicaremus, nõ vtiq̃ iudicaremur. Cum aũt iudicamur, a dño corripimur, ne cum hoc seculo damnemur. His addendum, ꝙ deus comminatur sese peccatum parentum in quartam usque g̃nationem uisitaturꝝ. Ita eñ habemus in Ex-
Exodi,20, odo: Ego eñ sum dñs deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiã & quartam generationem, eorum qui oderũt me. Et iterum dum Moses precaretur pro populi offensa, remissa quidem, quatenus ad culpã, sed non quatenus ad pœnam attinet: Qui peccauerit (inquit) mihi delebo eum de libro meo, tu autem vade & duc populum istum, quo lo-

cutus sum tibi, angelus meus precedet te. Mox
q; ad propositum: Ego autem in die vltionis ui
sitabo & hoc peccatum eorum. sequiturq; poe
na, ob remissa ac condonata peccata inflicta.
Percussit ergo dominus populum pro reatu vi
tuli, quem fecerat Aaron. Obserua hic reatum
atq; obligationem ad pœnam post remissam
offensam remansisse. Idem exemplum ex Nu-
meris colligere facile est, quando populi mur-
mure offensus deus, comminabatur illi pestilē
tiam, ác omnimodam destructionem, quam &
& intulisset, nisi Moses stetisset in cōspectu ipsi
us, nisi Phinees iram domini e medio sustulisset Exodi, 32,
nisi Aaron inter viuos & mortuos obambu-
lans incensa obtulisset. Id est qnod in Numeris
fatetur Moses: Qui visitas peccata patrum in
filios in tertiam & quartam generationem, di
mitte obsecro peccatum populi huius, secundū Nume, 14
magnitudinem misericordiæ tuæ. Dixit quoq;
dominns: Dimisi iuxta verbum tuum: attamē
omnes homines qui viderunt maiestatem me
am, & signa quæ feci, non videbunt terrā pro
qua iuraui. Et mox: In solitudine iacebunt cor-
pora vestra & cadauera. Et quadraginta an-
nis recipietis iniquitates vestras. Sic & Chri-
stus, quanq̄ in suo corpore nostra e medio sustu
lerit peccata, proq; nobis satisfecerit, voluit ta
men & per nos nostra mala vindicari, id mo-
do orationibus, modo vigilijs, modo ieiunijs,
modo alijs modis, quibus caro ipsa affligitur,
violataq; iustitia resarcitur, ac quasi redinte-
gratur, vti mox dicetur.

XXV Multi sunt modi soluendi æs alienum, qnibus, & satisfacimus iustitiæ violatæ, & pœnam soluimus peccatis debitam.

Cum ex superioribus satis constet, aliquotā partem pœnæ peccatis debitam remanere, operæprecium fuerit ostendere, quibus modis hæc ipsa remittatur. Remittitur autem & expiatur, si quamseuerissime nostraipsorum delicta vlciscamur, deq; nobisipsis supplicium sumamus, peccatorum radices prorsus eradicemus. Id quod tum præstamus, si orationibns, si ieiunijs, si malorum ob Christum tolerationi incūbamus. Testatur id Paulus: Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Ita & alibi, quanquam sciret se iustificatum per Christum, quanquam nosceret Christum e medio chirographum sustulisse dānationis, nihilo minus tamē grauissime in semetipso vltus est peccatorum reliquias: Castigo (iuquit) corpus meum, & in seruitutē redigo. Nonne corporis vbiq; fere pctōꝝ in se reliquias intelligens, quod prorsus mactandum est in ara crucis. Hinc: In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patiētia, in ieiunijs multis, in uigilijs, in nuditate, in fame, & siti, deniq; in multorū periculorum perpessione. Hinc & ad Ro. dicit Obsecro vos per misericordiā dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, deo placētem, rationabile obsequium vestrum. Et item: Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ ad iniquitatem, ita exhibete mēbra vestra seruire iustitię in iustificationē. Vides hic Pau-

1. Cor. 11.

1. Cor. 9.

2. Cor. 6.

2. Cor. 6. & 11.

lũ a iustificatis exigere carnis mortificationẽ, exigere iustitiæ seruitiũ violatæ. Verꝫ quid est seruire iustitiæ aliud, q̃ ęs alienum, ac debitum quo obstricti sumus depẽdere? Id quod alibi nominat mortificationẽ: Mortificate, inquit, mẽbra uestra, quæ sunt super terram, iram, fornicationem, auaritiam. Alibi veterem hominem p̃cipit exuere cum actibus suis, et induere nouũ, in iustitia, & sanctitate ueritatis, quo exercitio satisfit iustitiæ violatæ, hoc ẽ, iustitiæ qua Christo insititij facti sumus. Deponite, inquit, vos secundum pristinam cõuersationem veterem hominem, qui corrũpitur scd̃m desideria carnis, renouamini spũ mentis uestræ, & induite nouũ qui scd̃m deum in iustitia & sanctitate veritatis creatus est. Propter quod deponentes mẽdaciũ. Irascimini & nolite peccare. Moxq̧ apertius: Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnia hæc ijs dicuntur, qui per fidem iustificãtur, quibus manifeste colligimus, nonnullam a nobis præstandam pro peccatis solutionem, ac veluti vindictam. Eam vocat Iohã. Baptista: Dignos pœnitẽtię fructus facite, inquiens, dignos pœnitentiæ fructus. Sic & baptizatis, & ijs q in actis confitebantur pc̃tã sua p̃cipit: Pœnitẽtiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisq̧ vestrum in noie Christi, in remissionem peccatorum. Et iterꝫ: Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur pc̃tã vestra. Liquet ijs, optio iure iustissimum iudicem a nobis ipsis uindictã spontaneę assumptam exigere, ne ullum ma-

Roman. 6
Colos. 3.
Colos. 3.
Ephesi. 4.
Ephesi. 4.
Matthæ. 3
Actuum. 2
Actuum. 3

neat malum inultum, sed pro mensura delicti, sit & plagarum modus, vt inquit Moses. Et in Apocalypsi idem testatur Iohannes: Quãtum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date il li tormentum & luctus. Sumit eñ iustissimo iu re deus de nobisipsis supplicium, id quod Sapi

Sapien, 11 ens de vltricibus pœnis cum electis, tum damnatis, irrogatis testatnr. Cum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens, illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti. Et mox: Per quæ quis peccauit, per hæc & punietur. Dissimulas enim peccata hominum pro-

Ecclesia, 5 pter pœnitẽtiam. Sic & Ecclesiasticus: De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adijci as peccatum super peccatum. His cõsequitur peccati pœnam remitti propria vindicta, modo adsit in Christum fides, quæ omnis condonationis est summa. Porro remittitur & condo-

matthæ, 6 natione mutua, dum alrer alteri in se delinquẽti ignoscit. Testatur id Christus: Dimittite, & dimittetur vobis. Et iterum: Dimitte nobis debita nostra, siquidem & nos dimittimus debi-

matth, 18, toribus nostris. Hinc a seruo nequam omne debitum expostulat: Iratus enim dominus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Eo pertinet & illud Ecclesiastici: Remitte proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluẽtur. Qui vindicari vult, a domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Homo homi-

nũ seruat iram, & a deo quærit medelam. Item
que: Fili peccasti, ne adijcias iterũ, sed de pristi Ecclesi, 21,
nis deprecare vt tibi dimittãtur. Eo pertinet &
illud: Donantes inuicem sicut & Christus do- Ephesi, 4,
nauit vobis. & iterũ: Donantes vobismetipsis, Colloss, 3,
si quis aduersus aliquem habet querelã, sicut et
dñs donauit vobis, ita et uos. Satis puto ijs ma 1, Cor, 1,
nifestũ fieri, per nos aliquid posse pstari, q̃ pec
cati reatus remittat. Quis em̃ Chrũs noscere
se iustitiam nrãm, pcipit tñ vti et nos vicissim
citro vltro remittamus æs alienũ, ac mutuã of
fensam, ac proinde pœnã. Dum em̃ petimus: re matthæ, 6
mitte nobis debita nrã: aut aliqd remittit, aut
nihil. Si aliqd, illud erit pœna, nõ culpa. Nã of-
fensam deus ipe remittit: Ego (inqt) deus delẽs
iniqtates. Si nihil remittit, frustra Chrs ad eum
modũ docuit nos orare: frustra Paulus ad eum Isaiæ, 4
modũ cõdonare iniuriã voluit, imo frustra re-
mittit. Verũ id impiũ erit. Stant em̃ vba Chri,
Remittite & remittet vobis. sic & Pauli: Do-
nãtes inuicẽ. Deiñ fit & hæc cõdonatio pœnæ,
vi ac ptãte clauiũ, dũ secretiori in iudicio te cri
minis arguis, pniãmq; suscipis. Neq; .n. frustra
su pua caneeq; vba absolutiõis impartiunt, ne
q; frustra Chrs dixit: Quodcũq; alligaueritis.
Quibus oĩbus certũ est nõ auferri culpam, cum matth, 18
hæc per deũ iã remissa sit. Remittitur igit pœ-
næ aliqta ps, ac relaxat. Astipulãt ijs q̃ Pau-
lus de scortatore Corinthio dicit: Cui, inqt, ali
quid condonastis, & ego. Ecce approbat eoꝝ
remissionẽ. Nã et ego quod donaui, si qd dona 2, Cor, 2,
ui propt vos in persona Chri. Moxq; fatet si-
bi id mũeris collocatũ, q̃ aliqd pœnę cõdonet;

2.Corin.5 Omnia (inquit) ex deo, qui nos reconciliauit si bi per Christum, & dedit nobis ministerium re conciliationis. Et iterum: Pro Christo igitur le

Ibidem. gatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Quanquam enim scortator ille resipue rit, quanquam aliquandiu a communione co hibitus fuerit, noluit tamen ipsum admitti ad fidelium contubernium, nisi primum in seipm crudelissimus peccati vindex extitisset. Cuius vindictæ aliquotam partem ipse condonauit, ne prorsus calamitosus ille peccator concide-

2.Corin.7 ret, ne prorsus animum desponderet, atque ob id testatur: Cui aliquid donastis, & ego. Astipulā tur ijs quæ sequuntur verba: Contristati enim estis secundum deum. Quæ enim est secundum deum tristitia, pœnitentiam in salutem stabilē operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum de-um contristari vos, quantam in vobis opera-tur solicitudinem, sed satisfactionem, sed indi-gnationem, sed timorem, sed desiderium, sed æ-mulationem, sed vindictam: Quo loco etiam-num manifeste colligimus receptissimum eccle siæ vsum, quo alij septennium, alij quinquenni um, alij iubentur decennium pœnitere atque a fidelium cōsortio abstinere, idque in peccati pœ nam. Fit postremo pœnæ relaxatio, atque proin de satisfactio nonnulla, si id quod lege sancitū est, dependemus, si legis præscriptas pœnas ex oluerimus. Sic olim decretum est, vt quisquis alteri pœnam damni aut iniuriæ intulerit, is tā tundem patiatur, tantundem sustineat, tantun dem rependat, aut certe id quod lege statutum est exoluat. Cuius exēplū habemus in Zachęo

Domine (inquit) ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum: De qua re & in veteri testamento non nihil comperimus statutum, de damno rerum, pecuniarum, animantium, hominumq; illato. Eadem fere statuunt et pontificum, & imperatorum decreta, quæ, ne tædio lectorem grauemus, resecare placuit. Nam satis puto ijs constare, pœnæ aliquotam relinqui partem, quæ tum orationibus, tum alijs operibus arduis tolli potest. Id vbi fit, satisfactionis habes rem, etsi nomenclaturam non habeas. Iam cum constet de re ipsa, frustra de voce pugnamus. Verum quid valeat oratio, quid eleemosynarum largitio, hac in re conferat, iamiam dicemus.

Exo. 21. 22
Leuitic. 5.

## Ieiunio placatur deus, deinde delectum ciborum habendum, cum ob scandalū, tum ob ecclesiæ præceptum: habēdam tamen esse debilium rationem. XXVI.

Quātæ efficaciæ sit ieiunium corporis, hinc facile colligi posse arbitror, quod omnes quotquot fuere patres id magni fecerunt. Ieiunauit Moses. XL. diebus & totidem noctibus, & cōsortio domini dignatus est, legisq; diuinæ meruit esse legatus. Hinc etiam præcepit: In hac die expiatio erit vestri, atq; mundatio, adfligetisq; animas vestras religione perpetua, Omnis anima, quæ adflicta non fuerit hoc die, peribit de populis suis. Verum qua afflictione, ex

Deute. 9. & 10.
Leuiti. 16. & 23.

I

Iohelis.2. primit Iohel: Sanctificate ieiunium, vocate cœtum. Et iterum: Cõuertimini ad me in toto corde vestro, & in ieiunio & fletu, & scindite cor
Zachar. 8 da vestra, & non vestimenta vestra. Et Zacha: Hæc dicit dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniũ decimi, erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam, & in solennitates præclaras. Obseruandum, ieiunium certorum dierum nõ excludere spiritus libertatem. Eo pertinet & illud Dauidis: Humiliabam in ieiunio animã
Psalm. 34 meam. Operui in ieiunio animam meam, &
Psalm. 68. & factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Rursus indicans quo ciborum genere ieiunandum sit. Genua mea infirmata
Psalm. 108 sunt a ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum: Iam & illud annotandum, cum q̃ se sua sponte ad ieiunium certis temporibus obligat, non debere non soluere quod pollicitus est: Si (inquit Moses) vouerit scilicet mulier, &
Num. 30. iuramento se astrinxerit, vt per ieiunium & cæterarum rerum abstinẽtiam affligat animam suam, in arbitrio viri erit si faciat siue non faciat: Si audiens vir tacuerit, & in alterum diem distulerit sententiam, quicquid vouerat atque promiserat, reddat. Hęc uelim animaduerterẽt qui a se facta vota tam facile temerant, quiq; ab vniuersalis ecclesiæ determinatione recedunt, traditiones cum pias tum iustas violantes. Certum enim est, quemuis orthodoxum obligatione indissolubili obstrictum ecclesiæ, obstrictum & ecclesiasticis, quę pro carnis ma

ceratione constituuntur traditionibus. Iam si Moses non vult rescindi uotum semel legitime emissum, consentaneum erit, eos, qui ecclesiæ mandata de ciborum delectu cōtemnunt, grauissime peccare. Accedit his Christus: Qui vos audit, me audit, qui uos spernit, me spernit. Porro quanti meriti sit apud deum ieiunium, ostendunt præclara exempla illustrium virorum ac mulierum vtriusque instrumenti, qui sese promptissima voluntate ieiunijs deuouerunt. Sic Achab, Hester, Tobias, & vidua illa Iudith, de qua dicitur quod omnibus diebus ieiunauerit, Ieiunauerunt Niniuitæ cum rege ac iumentis, in cinere & cilicio, & iram dei placauerunt. Sic Anna filia Phanuel, ieiunijs & orationibus domino in templo seruiebat, & Christi meruit præsentiam videre. Et Christus omnis perfectionis exemplar, norma et amussis (quam in omnibus actibus, quatenus humanæ imbecillitati conceditur, imitari oportet, ipso præcipiente: Tollite iugum meum super vos, & iterum, Sequere me) quanquam carnem haberet spiritui obsequentissimam, nihilo tamen secus ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Hunc imitari gloriæ erit, atque ob id modum ieiunandi tradidit, dicens: Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & PATER TVVS qui est in abscondito, reddet tibi. Ecce ieiunio promittitur merces. Id quod aduersus dei verbum audent negare Luthe-

Lucæ. 10. 2. Reg. 12. 3. Reg. 21. 1. Esdre. 8. Tobie. 12. Hester. 4. Iudith. 4. Iohan. 2. Lucæ. 2. Matth. 11. Iohan. ul. Matth. 4. matth. 6.

rani. Accedit quod Christus indicat tempus, licet indefinitum, quo olim afflicturi erant se se

Matth. 9. credentes: Nunquid (inquit) possunt filij sponsi

Lucæ. 9. lugere quamdiu cum eis est sponsus? Venient autem dies quando auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt. Item: Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieiunio. Quisquis igitur a dæmonio Luteranico liberari cupit, ieiunijs vacet oportet, alioqui perpetuo diuexabitur. Adde ijs Paulum: Qui sancta quadam

2. Cori. 11. iactantia fatetur se multa subijsse pericula in itineribus in labore, in ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis. Quæ vniuersa non secus atque venena fugiunt Luterani: quo certius est eos nō ad Christi ecclesiam, sed

2. Corin. 6 ad satanæ synagogam pertinere. Quoties enim Paulus corporis macerationem inculcat? quoties se in ieiuniorum obseruatione exhibet? In omnibus (inquit) exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs multis. Obseruarunt idem apostoli, ac cæteri fidelium sub exordium nascentis ecclesiæ: Ministrantibus illis domino & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus. Et pau-

Actis. 13. lo post: Et cum constituissent illis per singulas

& 14. 27, ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commēdauerunt eos domino, in quē crediderūt. Habes hic scripturę exemplum de ciborum delectu. Accessit huic exemplo ecclesiæ determinatio, atque receptissima consuetudo, quam nemo nisi seditiosus, & ab ecclesia alienus temerabit. Si enim licuit apostolis certos cibos prohibere ijs, qui apud Antiochiam

agebant fidelibus, quis non putabit licere & successoribus idipsum? quandoquidem penes vtrosque eadem est potestas, eadem clauium autoritas, idem spiritus ecclesiæ doctor. Quo adflante patres moti sunt, eiusmodi legem filijs præscribere. Ecclesia enim spiritu sancto edocta, sciens ieiunij magnam esse efficaciam tot patrum & Christi præclarissimis exemplis instigata, certum tempus determinauit, quo videlicet filij eiusdem matris expeditiores fierent, ad consummatam spiritus libertatem nanciscendam. Quam legem nulli vnquam, præter hæreticos ac schismaticos quosdam, euertere moliti sunt. Quod vero patres in exordio ecclesiæ certos cibos interdixerint, ex Actis liquet: Actis.15. Visum (inquiunt) est spirituisancto & nobis, nihil aliud imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, et suffocato. En hic ceu necessarium onus imponitur fidelibus, vt certis cibis, certis temporibus abstineant, qui alioqui suapte natura mali non sunt, verum ob ecclesiæ præceptum nihilo tamen minus abstinendum. Deinde & ratione scandali necessum est fideles abstinere. Equidem totius ecclesiæ assensu receptum est, certis temporibus abstinendum a carnium esu. Quisquis igitur prohibitis temporibus edit, tum in Christum, tum in ecclesiam, tum in paruulorum conscientias peccat. Contra Christum est scandalum obijcere quo alius offendatur. Inquit enim, Veh Matth.18. homini per quem scandalum venit, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collum eius,

1. Corin. 9 & demergatur in profundum maris. Et Paulus: Sine offensione estote Iudæis, & Græcis, et
Roma. 14 ecclesiæ dei. Et alibi: Noli propter escam destruere opus dei. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut infirmatur. Qui non manducat domino non manducat, & gratias agit deo. Itemque: Noli cibo illum perdere, propter quē Christus mortuus est. Non enim est regnum dei esca, & potus, sed iustitia & pax, sed gaudium in spiritu sancto. Vide hic, quam cauerit infirmorum scandalum, ob cibum rem propemo-
1. Corin. 8 dum vilem, & indignam, tantis tragœdijs nuper ob hunc exortis: Sic & alibi cauit. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Quæ vtinam Luterani obseruarent, qui nullo habito pusillorum respectu tam procaci temeritate, quolibet tempore, q̄uis vescuntur cibo, immo nōnullis in locis, quo se prorsus soboles viperias ostendant, omniaque inuertant, ipsis dominicis diebus vescuntur piscibus profanata die Veneris, quam tota ecclesia CHRISTI obseruat, adeoque nihil conuenit eis cum ecclesia dei. Sed Veh illis, qui per offendiculum manducant. Veh illis quorum deus venter est, & gloria in confu-
Philip p. 3 sione erit. Quod vero nonnulli autumant se carnium esu ieiunare, magis ridiculum est, quā vt dilui debeat. Quis enim unquam hunc dixerit ieiunare corporaliter, qui carnibus pro arbitratu suo vescitur? Certe generalis & rerum,

& verborum, & totius ecclesiæ, interpretatio, quæ omnium scripturarum optima existit interpres, primum ijs obuiat, deinde & scriptura manifeste contradicit. Daniel enim vbi fassus est se in ieiunio, cinere, & cilicio dei supplicasse clementiæ, mox adiecit se tum temporis a carnibus & vino abstinuisse: In diebus (inquit) illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non Daniel. 1.
comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque oleo vnctus sum. Sic & Dauid queritur carnem suam ab oleo immutatā. Confirmat & CHRISTI exemplum, qui sæpicule pisces, carnes autem non nisi in vltima cœna magis ad legis impletionem, quam ad voluptatem legitur comedisse. Nec obstat, Matth. 26 Iohan. 6. & 21.
quod apud MATTHAEVM dicitur. Quod intrat in os non coinquinare hominem: quandoquidem is locus pharisaicam magis Math. 15.
damnauit superstitionem, qui existimabant cibos non lotis manibus tactos fieri immundos, idque stultitiæ arguit CHRISTVS, non ieiunium sanctum, vel a carnibus abstinentiam, qua et ipse et apostoli sæpe vsi sunt. Nec huic obuiat, siue lotæ, siue illotæ, sint manus. Proinde nisi hunc sensum concesseris, liberum facies et Antiochensibus fratribus, de suffocato, et sanguine edere, contra apostolicum de- 1. Tim. 4.
cretum. Quod vero Paulus astruit omnem creaturam bonam, et nihil reijciendum, quod cū gratiarum actione percipitur, eo tendit, ut confutet eorum errorem, qui creaturas dei ad mortalium commodum ab optimo deo conditas,

suapte natura existimabant malas, atque ob id prohibitas, id quod a vero alienū. Est enim omnis creatura dei bona, sed malum est per offendiculum manducare, malum est spreto ecclesiæ præcepto, quodlibet, quouis tempore, edere. Illud tamen obseruandum in præcepto, habendam esse debilium, senum, ac grauissimis laboribus, ærumnis, miserijs oppressorum rationē. Non enim contra charitatem militare debet, quod pro charitate institutum est. Attendenda sunt commoda personarum ac temporum, & id genus alia, quæ & vnctio Christi docebit, et iura pōntificia apertissime continent.

De obser. ieiu. ca. ul.

XXVII Eleemosynis peccata redimi ac ablui, quodque eisdem & satisfacimus, & meremur apud deum.

Quantum CHRISTVS mendicitatem sanctam probauerit, atque proinde eleemosynarum largitionem, qua subleuatur, extulerit, uel eo constat, quod ipse hanc omnium primus elegerit, adeo vt nec haberet vbi caput reclinaret; Non (inquit) erat ei locus in diuersorio. &: Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Proinde neque didrachma proprio ære soluere potuit. Ea propter testatē Paulus: Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam proptē uos factus est egenus, cum diues esset, vt illius inopia vos diuites essetis. Tam enim grata fuit illi mendicitas, quæ ob sui cōtemplationem suscipitur, vt renunciantibus omnia, centuplū ac vitam externam promiserit. Hinc tam inopes voluit esse apostolos, vt nihil commeatus

Lucæ. 2 matthæ. 9 matth. 17, 2. Cor, 8, matth, 19 matth, 10

secum ferrent, non aurum, non argentum, non Psalm. 136
peram, non baculum, plenaque fiducia illi fide- &.144.
rent, qui uolucres cæli pascit, qui dat escas omni
carni, qui aperit manum suam & dat omnib. Lucæ.22.
escam in tempore opportuno. Quādo (inquit)
misi vos sine sacco & pera, nūquid aliquid de-
fuit vobis? Qui dixerunt: Nihil. Itemque: Nolite
timere pusillus grex, quia cōplacuit patri vo- Lucæ.12.
bis dare regnum. Pusilli erāt, animo, rebus, nu-
mero, sed tamen complacuit patri in tam pu-
sillis ac indigis. Atque ob id Christus iuueni diui
tijs stipato dixit: Vade, vende omnia quæ pos
sides, veni sequere me, & habebis thesaurum Matth. 19
in cælo. Hic habes thesaurum in cælo repositū,
si diuenditis omnibus, sequaris Christum. Ve-
rū vnde sumptus? vnde victus necessaria? Pa-
ter vester cælestis pascit illa, quanto pluris estis
uos illis? Excitabit enim diuitum corda, vti fa Matth.6
cile distribuant, vti misericordes sint in paupe
res euangelicos, vti suis opibus alienam leuēt
inopiam. Hinc toties extimulat ad misericor-
diæ opera. Beati (inquit) misericordes, quoniā
ipsi misericordiam consequentur. & item: Esto Matth.5.
te misericordes, sicut et pater vester misericors
est. Date, & dabitur vobis. Verum quid meri-
ti, quidve mercedis præstantibus sua? Quid p̄
mij sperandum tribuentibus? Mensuram (in- Matth.6
quit) bonam & confertam & coagitatam, et Lucæ.6.
superefluentē dabunt in sinum vestrum. Iam
& illud obseruandum, quod tanti æstimatur elee-
mosynarum in pauperes ueros dispēsatio, vt etiā
nū potens sit eos, qui hilari ex animo sua tribu
unt, in æterna recipere tabernacula. Et ego (in- Lucæ.16.

quit Christus) dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna habitacula. & alibi: Quicunq; dederit potum aquæ frigidæ tātum

Matth.20 in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. Rursusq; quonam modo largienda sit: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tuu, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna in abscondito, & pater tuus qui vi. in abscon.

Matth. 6. red. tibi. Non quo prohibeat eleemosynas palā distribui, cum alias præcipiat vti opera nostra luceant coram hominibus, sed quo ostendat q̄ animo, quoue proposito sit danda, vt videlicet glorificent patrem qui in cælis est. Is nō perdet

Matth. 5 mercedem suam, sed repositam habet in cælis. Quod vero & abluant & remittant peccata,

Lucæ.1 testatur Christus: Quod super est (inquit) date

Daniel, 4. eleemosynam, & omnia munda erunt vobis. Testat̄ & Daniel: Quamobrē rex (inquit) consilium meum tibi placeat, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsan ignoscet deus delictis tu

Prouer.13 is. Ad idem in prouerbijs Salomō: Redemptio

Tobiæ.4. animæ diuitiæ sunt. Ad idem Tobias: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, ita enim fiet ut nec a te auertat̄ facies domini. Quo modo poteris, esto misericors, si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Præmium enim bonū thesaurizas tibi in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tene-

bras. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnibus facientibus eam. Et iterum: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna magis q̃ thesauros recondere, quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam ęternam. Tobiæ, 12.
Hic habes fructum eleemosynæ, nempe quod purgat atq; liberat ab omni peccato, quod fiduciam præstat adipiscendæ vitæ, id quod audent Lutherani aduersus dei manifestariũ verbum negare. Verum stat verbum domini pro nobis, velint nolint veritatis osores. Exigit plenis vocibus scriptura a nobis eleemosynarum distributionem: quoue simus ad præstãdum paratiores, egregia proponit promissa, merita, mercedem, vitam æternam, peccati cõdonationem, aliaq; id generis. Hinc et Dauid: Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem, in die mala liberabit eum dñs. Dominus cõseruet eũ & viuificet eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorũ suorũ. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Psalm. 40.
Et Solomon: Honora dominum de tua substãtia, et de primitijs omnium frugum tuarũ da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Prouer. 3.
Anima quæ benedicit impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoq; inebriabitur. Qui abscondit frumenta maledicetur, benedictio autem super caput vẽdentium. Prouer. 11. Lucæ, 6.
Notent hoc vsurarij, alijque diuitijs stipati, discãtq; dare mutuum, nihil inde sperantes, habituri thesaurum in cęlis meritorum. Hinc rursus Solomon: Fœneratur domino, qui miseretur Prouer. 19.

pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. &
Proue. 21. iterum: Misericordia & veritate redimitur iniquitas, & in timore domini declinatur a malo.
Ibid. 12. Item ꝙ: Facere misericordiā & iudicium magis placet dño q̄ victimæ. Et illud: Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, & ipse clamabit & nō exaudietur. Iudicium enim sine misericordia ei, qui nō facit misericordiam,
Iacobi. 2 inquit Iacobus. Et Iohan. Qui viderit fratrem
1. Iohan. 3 suum necessitatem patientem, & clauserit viscera pietatis ab eo, quomodo charitatis dei ē in illo? Accedit rursus illud in prouerbijs: Munus absconditum extingnit iras (dei intellige, quibus offensus est nostris erratis) et donum in sinum indignationem maximā. Eiusmodi exhortationes habes innumeras & apud Ecclesiasticum: Fili (inquit) eleemosynā pauperis ne
Ecclesia. 3 defraudes, & oculos tuos ne transuertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris, et nō
Ecclesi. 4. exasperes pauperem in inopia sua. & iterum: Cōgregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam. Quid vero meriti habeat, quid mercedis repositum, si probo, si iusto, si veraciter indigēti largiaris,
Ecclesia. 12 mox infert: Si bene feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefacito iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certe a dño. Non enim est ei bene qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti. Da misericordi, & ne suscipias peccatorem. Da bono, & ne receperis peccatorem, sub audiendum nisi in extrema necessitate constitutus sit; tum enim omnibus omnia sunt com-

munia, quatenus ad leuãdam necessitatem at tinet, omnibusque succurrendum, quatenus facultates suppetunt. Proinde si peccatori largiaris vti resipiscat, tuaque humanitate corrigatur, optimũ feceris: sin pergat in pertinacia, tũ prospiciendum cui quid tribuas. Sunt enim plerique multi corpore vegeti, moribus vero perditissimi, ij ad laborem coercendi sunt; alioqui q non laborat, non manducet. Sin vero largiaris probis, ijsque qui aliena quadra ob rerum inopiam viuere coguntur, retributio erit magna operi tuo, ac merces propemodum infinita. Id quod alibi testatur Ecclesiasticus: Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, & retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipsorum, et conuertet in inferiores partes terræ. Et iterum: Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. & rursus: Ignem ardentem extinguet aqua & eleemosyna resistit peccatis, & deus prospector est eius, qui reddit gratiam. Hinc Isaias: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eũ; & carnem tuã ne despexeris: tunc erumpet q̃si lumen tuũ, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciẽ tuam iustitia tua, & gloria dñi colliget te. Cæterum quantus sit fructus, q̃ta efficacia eleemosynæ ex tam solicita Pauli exhortatione colligi põt. Quoties enim asserit sibi pauperum curã concreditã? quoties instat opportune, importuniusque, vt inopibus apud Hierusalẽ degẽtibus, diuites Romani, Corinthij, Galã

Ephesi. 4
Eccl. 17. 23
Eccl. 3
Isaiæ. 58.

tæ,ac Macedonij suppetias ferant,habituri in
de mercedem propemodum infinitam. Hinc
collectæ quæ per vnam sabbati fiebant: Hinc
ad Romanos dicit: Nunc igitur proficiscor in
Roma.15. Hierusalē ministrare sanctis. Probauerunt em̄
Macedonia & Achaia collationem aliquam
facere in pauperes sanctos, qui sunt in Hierusa
lem. Placuit enim eis & debitores sunt eorum.
Nā si spiritualium eorum sunt participes genti
1,Cor,16 les, debent & in carnalibus ministrare eis. Et
iterum ad Corinthios: De collectis autem quæ
fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesijs Ga-
latiæ, ita & vos facite. Per vnā sabbati, vnus-
quisq; vestrum apud se reponat, quod ei bene
placuerit, vt non cum venero collectæ fiant. et
rursus in secūda epistola, ostendit mutuam cū
spiritualium, tum carnalium communicatio-
2.Cor.8. nem: In præsenti (inquit) tempore vestra abun
dantia, illorum inopiam suppleat, vt & illorū
2.Cor.9. abundantia vestræ inopiæ sit supplementum,
vt fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui mul-
tum, non abundauit, & qui modicum non mi
norauit. Et iterum: Qui parce seminat, parce
& metet. Et qui seminat in benedictiōibus, de
benedictionibus & metet. Et iterum: Dispersit
dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculū
seculi. Moxq;: Vnusquisq; prout destinauit in
corde suo, nō ex tristitia, aut ex necessitate: Hi
Gala,2, larem em̄ datorem diligit deus. Hinc est etiam
Gala,6, quod apud Galatas fatetur sibi pauperum cu-
ram commissam, quam & fidelissime execu-
tus, ait: Communicet aūt is qui catechizatē uer
bo, ei q sese catechizat in oībus bonis. Quæ em̄

ſeminauerit homo, hæc & metet. Et ad Philip Philipp, 4
penſes: Veruntamen bene feciſtis communicã
tes tribulatiõi meæ. Scitis aũt & vos Philippẽ
ſes ꝙ in principio euangelij, qñ profectus ſum
a Macedonia, nulla mihi eccleſia communica
uit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli. quia
& Theſſalonicam ſemel & bis in vſum mihi
miſiſtis. Nõ quia quæro datum, ſed requiro frũ
ctum abundãtem in rationem veſtram: Hac-
tenus ibi. His omnibus conſectarium erit elee-
moſynarum ob Chriſtum largitione, & diui-
nam iram placari, & purgari peccata, & pro
inde ſatisfieri iuſtitiæ violatæ. Atqui de his ſa-
tis ſuperq;.

## Oratione placatur deus, qui certa loca ad ſui nõis gloriam erigi præcipit. XXV III

Quãquam deus ſpiritus ſit, velitq; in ſpiritũ Iohann, 4
precari, voluit tamen idem auguſtiſſimus dñs
certis in locis in ſui nominis gloriam erectis ve
nerari ac coli. Nõ quo locis craſſis circũſcribi
queat auguſtiſſima illa dei maieſtas, quæ nuſ-
q̃ non adeſt, ſed quo humana mens in ſe recolle
cta ac a profanis rebus ſemota, ad vltra mun
danum illum opificem ſeſe commodius recipi
at. Præſtat ad id expeditius agendum nonni-
hil adiumenti locus ad dei cultum cõſecratus.
Idem enim deus eſt quem olim Moſes, Eſdras,
Dauid, Solomon in templis hominum opificio
extructis coluerunt, qui nunc ſub lucem totõ
in orbe terrarum colitur. Iam ſi tanto cum ap-
paratu ſub vmbra adoratus atque agnitus eſt,
qui fit vt hiſce temporibus maiore multoquẽ

maxime non debeat coli? Maior enim (inquit Aggæus) erit gloria domus illius nouissimæ, q̃
Aggei. 2. eius quæ apud Iudæos in gloria fuit, quæ euacuata est, ut inquit Paulus. Duplicem enim cul
2. Corin. 3 tum, vt receptissimum est, exigit a nobis deus: Alterum qui fide charitateq́ꝫ constat: alterum qui bonis operibus ceremonijsq́ꝫ externis perficitur. Iam cum satis perspicuum sit, Christianā rempublicam sine ministris, sine verbo dei, sine sacramentorum perceptione, administrari non posse, quæ omnia certos ritus, vt ordine q̃dam fiant, exigunt. Cōsentaneum videtur certa quædam loca esse, quæ siue templi nomine, siue ecclesiæ, siue domus censeantur, deo sint dicata, in quibus cum verbo dei & sacramenta cultusq́ꝫ ille externus, quo deus agnoscitur, exoluatur. Verum de ijs paulo inferius fusius forsan, si quando de ceremonijs egerimus. Quantum vero ad templa tabernaculaque attinet, multa in Exodo legim⁹: Dictum est enim Mo
Exodi. 25. si, Loquere filijs Israel, vt tollant mihi primiti-
&. 35.. as ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem quæ accipere debetis. Aurum & argentum & æs, hyacinthum, purpuram & byssum, coctumq́ꝫ bis tinctum, pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, oleum ad luminaria continuanda, lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephot, & rationale, facientq́ꝫ mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum. Deinde descripto tabernaculo præcipitur vti pecuniam pro animabus suis of
Exodi. 30. ferant: Quando (inquit) obtuleritis summam filiorum Israel, iuxta numerum, dabūt singuli

pretium pro animabus suis domino. & mox: Susceptamq; pecuniam quæ collata est a filijs Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij. et iterum: Omnis volũtarius & prono animo offerat eas domino, Aurum, argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram. & iterum: Egressaq; omnis multitudo filiorum Israel de cõspectu Mosi, obtulerunt mente promptissima atq; deuota primitas dño, ad faciendum opus tabernaculi testimonij, quicquid ad cultum et ad uestes sanctas necessarium erat. Item vas aureum in donaria dñi separatum est. Tamq; abũde oĩa administrabãt, vti artifices dicerẽt Mosi, plus offert populus q̃ necessarium est. Secus multo hisce temporibus faciunt Lutherani, qui templa spoliant uasis sacris, omnia contaminant, omnia profanant, inq; vsus tyrannorũ & scortorum conuertunt. Non ita fecit Dauid, qui impensas domus dñi præparauit in paupertaticula sua, auri talenta centũ milia, & argẽti mille milium talentorum, æris vero & ferri non erat numerus. Sic & Cyrus Persarum rex iussit vt in Hierusalem filij Israel conscenderent, multaq; pro templi extructione donaria contulit, restitutis per Nabuchodonosor uasis alioqui ablatis. Hinc dicit: Hic est numerus eorum: phialæ aureæ triginta, phialæ argẽteę mille, cultri viginti nouẽ, scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi quadringenti decẽ, vasa alia mille, oĩa vasa aurea & argẽtea quinq; milia, quadringenta. Sic & principes patrum, secundũ vires suas dederunt impensas in opus dñi. Adde ijs quod Dauid dixit: Opus enim grande est, neq;

Exodi. 33. Exodi, 35. 1, Para, 22 2, Para, 4. 1, Esdræ, 1

homini præparatur habitatio, sed deo. Ego to tis viribus meis p̄paraui impensas domus dei mei: Aurum ad vasa aurea, argentum ad argentea, ferrum ad ferrea. Et paulo post: Neque quis existimet has impensas ex rapina monasteriorum, pupillorum, ac viduarum prouenisse, de peculio meo aurum & argentū do in tēplū dei mei, exceptis ijs quæ præparaui in ædē sanctam, tria milia talēta auri de auro ophir, septem milia talentorum argenti probatissimi ad deaurādos parietes templi. Deinde sequit, quid principes, quid tribuni, quid centuriones obtulerint. Ad eum modum multi ex catholicis principibus sub exordio nascentis ecclesiæ et secuturis temporibus, sacra templa extruxerunt, adornauerunt, multisq; priuilegijs decorarunt. Verum vbi tepuit per luxum, perq; ambitionem studium ꝟbi dei in clero, tepuit quoq; & feruor principum in administrādis necessarijs ad cultum dei impensis. Iam cum omnia in figura gesta sint apud crassæ legis obseruatores, consequēs erit & nos nostris tēplis summum honorem, ob eum qui in eo colitur debe-

1.Cor.10. ri. Si em̄ (inquit Paulus) ministratio mortis literis deformata fuit in gloria, quō nō magis mi-

2.Cor.3. nistratio spiritus erit in gloria? Si enim id quod euocuatur erit in gloria, multo magis qđ manet, in gloria est. perinde atq; diceret: Si tanta solicitudine curatum est Aaronicæ administrationis templum, quod iam solo adæquatū non

Hebræ.9 extat, sed interijt cum ritu suo, quanta solicitudine curabimus nr̄a templa, nr̄asq; domus, in quibus non iā sanguis vitulorꝫ & taurorꝫ, sed

immaculatissimi agni Iesu Christi cruor offertur, ac mystico modo immolatur. Hinc etiam acriter obiurgat Corinthios, qui domū dei pro fanis actibus dehonestabāt. Primum quidem cōuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Mox corrigens eorum factum: Nunquid (inquit) domus non habetis ad mandu. & bibendum? Aut ecclesiā dei contēnitis, & confunditis eos qui nō habent? Itaq; fratres mei cū conuenitis ad māduc. inuicem expectate. Hic manifeste domus in quibus sacra operabant̄, a profanis domib. separat: Nunqd domus nō habetis ad māduc. &c. Iam cū constet nos templa habere, operæ precium fuerit et ijs debitum honorē impendere, idque in eis agendum propter quod potissi sunt instituta. Quid vero illud sit, ex Dauide colligitur: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuū in timore tuo. Hinc etiam ostendit hoc ipsum templum venerādum & decenti honore prosequendum. Domum (inquit) tuam decet sanctitudo in longitudine dierum. Hinc & Christus toties legitur venisse in templum, toties in eo prædicasse, nec vspiam magis offensus videbatur, quam vbi templū profanabant pharisæi. Eiecit enim vendentes et ementes de templo, dicens: Auferte ista hinc & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Scriptum est enim: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et apostoli erant perdurātes vnanimiter in tēplo, & frangētes circa domus panem cū exultatione. Quanquā

1. Cor. 11.
Psalm. 93.
Iohann. 7.
matth. 12.
Lucæ. 2.
Iohann. 2.
matth. 21.
Isaiæ, 56.
Actorū. 2.

enim deus vbiq; sit, placuit tamen illi certis in
locis, certis modis, ritibus, atq; ceremonijs co-
li. Quinetiam pollicitus est sese precibus eorum
affuturum, qui ad templum domini orationis
Nume. 9 gratia cõfugiunt. Id quod olim adumbratum
est in nube, qua erectum tabernaculum oper-
Exod. 40. tum est, atq; ob id in Exodo legimus: Postquã
omnia perfecta sunt, operuit nubes taberna cu
lum testimonij, & gloria domini impleuit illđ
Hinc & Solomoni post templi cõsummatum
opus promittitur: Exaudiui orationem tuam,
3. Reg. 9 & deprecationem tuam, quam deprecatus es
coram me, sanctificaui domum hanc quã ædi
ficasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempi
ternum, & erunt oculi mei ibi & cor meum cũ
ctis diebus. Nec quis existimet hanc promissio
nem in solum statum veteris testamenti com-
petere. Quandoquidem idem dominus in vtro
q; colitur, adoratur, & agnosci vult: id si a no-
bis præstetur, aderit ipse suis promissis multo
paratior nobis ad præstandum id quod preca-
mur, q̃ olim adfuit precatoribus Iudæis, modo
adsit plena in ipsas diuinas promissiones fidu-
Iacob. 1. tia. Postulet (inquit Iacobus) in fide nihil hæsi-
tans. Neq; ijs obuiat, quod Lutherani obstre-
punt, deum spiritu adorandum. Fateor equi-
dem spiritu maxime orandum deum, modo et
ipsi mihi concedant, non modo spiritu, sed &
anima, & corpore, deniq; omnibus externis re
bus coli, modo in deum regerãtur tanquam in
2. Reg. 6. principium omnis boni. Neque enim minus in
1. Para. 15. spiritu adorauit Dauid deum, dum ante arcã
Psal. 102. domini citharã pulsaret, q̃ dũ dixit: Bñdic ani

ma mea dominum, & omnia interiora nomẽ sanctum eius, quod vtrunq; ex spiritu proficisceretur. Cor (inquit) meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Nec minus adorauit Christus spiritu atq; carne, dum flexus pronusq; in terram supplicaret patri pro calicis translatione, siquidem foret acceptum diuinæ volũtati. Sic non minus Petrus orauit patrem in spiritu dum templum conscẽderet ad horam orationis nonam, atq; dum secretiori in cubiculo vas cælitus demitti cerneret. Ita Iudith, Hester, Daniel, Anna, Paulus, ceteriq; plериq; omnes, non minus spiritu orasse creduntur, q̃ dum vario corporis habitu modo hos, modo illos ritus obseruasse legũtur. Neq; enim externus cultus internum destruit, sed magis probat, estq; crassum quoddam eiusdem simulacrum, modo adsit fides per dilectionem operans. Nolo tamen existimes me quorundam hypocrisim probare, qui chiliades aliquot psalmorum sine mente obmurmurant, de quibus dicitur: Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me, qui prolixas orationes ad hoc faciunt, ut videantur ab hominibus, qui battologia quadam se aliosq; grauãt, de quibus Christus: Cũ oraueritis, nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. Non quo vetauerit prolixas simpliciter orationes, cum & ipse pernoctasse legatur in oratione, & Paulus sine intermissione uult nos orare deum, sed quo prohibeat inanem & sine fructu verborum strepitum, quo multi vsq; ad nauseam se aliosq; perturbant.

matth. 26
Actuum. 3
Actuũ. 10
Matth. 15
Isaiæ, 29
matth, 6

fere modum seruans, optat ijs ad quos scribit
2. Cor.13. spiritualia bona dicens: Gratia vobis & pax a deo patre nostro multiplicetur. Item: Charitas dei & communicatio spiritus s. sit cum omnibus vobis. Eo pertinet & illud: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapiē-
Coloss. 1. tia & intellectu spirituali. Rursusq; passiones
Ibidem. suas dicit alijs prodesse: id quod maxime obseruandum. Nunc (inquit) gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo quæ desunt passionū Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Hunc locum alta mente reponas, quisquis merita sanctorum ac thesaurum ecclesiæ stabilire pergis. Iam & illud supperit: Gratias agimus deo semper pro omni-
1. Thess. 1. bus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione. Rursusq; mu
2. Thess. 3. tuam vicem rependi petit, Fratres orate pro nobis, vt sermo dei currat, & clarificetur, et vt liberemur ab importunis & malis hominibus
Iacobi. 5 Sic & Iacobus: Orate pro inuicem vt saluemini. Confirmatur hæc vnio & Christi promissio
Matth. 18 ne, quæ nunquam non potest esse vera, Si duo ex vobis consenserint super terram, de quacunq; re petierint patrem, fiet eis. Cōsensus autem esse nequit, nisi sit quædam bonorum communio, in quam consentiant fideles, cui & cupiūt esse participes, sic dum hic pecuniam ad gazophylacium reponit, mutua lege obstringit sacerdotem, vti pro se preces sacrificiumq; of
1. Cori. 12. ferat. Alter enim alterius ope eget, & nemo sibi satis est, quanquam singuli sibi succurrere

valeant & debeant. Sunt enim inuicem membra solicita, adeoque nihil est vel commodorum vel incommodorum, quod non sibi viua illa membra communicent. Viua inquam p charitatem, cuius est fluxum inferre membris. Ipsa enim nunquam excidit, Tanta itaque est membrorum vnio, vt alterum alteri lubenti animo quicquid vel est vel lucratur impartiat. Quo fit vt in communem quendam thesaurum omnia sint reposita, omniaque recondita, ex quo depromi possunt per fidum illum ac prudentē dispēsatorem. Alludit ijs, quod patermilias seruis talenta distribuens, alteri dedit quinque, alteri duo, alteri vnum, vt quisque lucrum thesauris domini reportaret, ac importaret, alius quidē aurum, alter æs factum, hic vasa argentea, ille ænea, singuli pro dati talenti æstimatione. Eo factum est, vt nusquam sit maior communio bonorum cum animæ tum corporis, quam inter Christianos. Hinc Paulus se omnium seruum fecit, vt omnes acquirat Christo, sic tribulatur pro Corinthiorum salute, sic supplet ea quę desunt passionum Christi in carne sua pro ecclesia, sic libens impendi vult pro animabus fidelium. Ad quem modum Christus pastoribus præcipit: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et iterū: Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et in canonica sua Iohannes: In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille animam pro nobis posuit, & nos debemus animas pro fratribus ponere. Reliquit autē Christus huius vnionis omnium efficacissimum ex

1. Cori. 13
Matth. 24
Lucæ. 12
2. Cori. 1.
Coloss. 1.
2. Cor. 12.
Iohan. 10.
Iohan. 15.

emplar in Eucharistia qua omnes participamus, alij quidem quo ad sacrificij rationem attinet, alij autem quo ad sumptionem, rationemque sacramenti. Vnus enim panis & vnū corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Quantum ad sacrificij rationem attinet, omnes participāt, quanquam alius alio plus minusue: quantum ad sacramenti rationē attinet, ij participant, qui fide per charitatem operante accedunt. Id vbi fit, non possunt non diffundere sese bonorū spiritualium fructus in reliquum ecclesiæ corpus. Proinde aliud operum genus est eorum, quæ externis in rebus posita sunt, dum alter alteri succurrit, quatenus charitatis mutuæ ordo exigit. Ordinauit enim in me charitatem. Expostulat hoc charitas, ut cuique præstes id quod potes cum uerbo tū facto, si nō alius adsit, qui melius te possit. Deinde & iustitiæ æqualitas, non secus te obstrictum tenet, vt ei maxime suppetias feras, qui precibus, qui spiritualibus operibus vicem rependere solet: hinc natæ sunt fraternitates (vt vocant) optimo quidem initio auspicatæ, luxu autem & auaritia in corruptissimos abusus translatæ. Verum enim vero res ipsa quæ in spiritualibus bonis fundatur non ob id tollēda, sed magis si quid collapsum est reformandum, sed integrum seruandum. Ipsius aūt rei fundamentum non semel asserūt scripturę sanctę: Inquit enim Paulus de Macedonijs, Debitores eīn eorum sunt: nā si spūalium eorum sunt participes, debēt & in carnalibus ministrare illis. Eadē fere ad Corin. Nō enim ut a-

1. Cori. 10 — Cantic. 2. — Roma. 15 — 2. Corin. 8

ijs sit remissio, vobis aūt tribulatio, sed ex æq̄
bilitate vt vestra abundantia, illorꝫ inopiam
suppleat: & vt illorꝫ abundantia, vr̄æ inopiæ
sit supplementū, vt fiat æquabilitas. Obserua
hic ex eleemosynarꝫ largitione nasci quandā
obligationem, ad repensationē & mutuā vi-
cissitudinem spiritualiū, ut sunt p̄ces, ieiunia sa
crificium, conciones, & alia id genus. De hac
cōione & alibi testa_t Paulus: Charitatē frater Roma. 12
nitatis inuicē diligentes, honore inuicē p̄ueni-
tes, or̄oni instantes, necessitatibus sanctorꝫ cō
municantes. Sic & Galatis p̄cipit: Alter alte.
onera por. Itēq; alibi: De charitate aūt frater-
nitatis non necesse habuimus scribere vobis: Galat. 6
ipsi em̄ vos a deo didicistis vt dili. inuicē. Hinc I. Timo. 4
diuitibus p̄cipit, non altū sapere, neq; sperare
in incerto diuitiarꝫ, sed in deo viuo, q̄ p̄stat oīa
abunde ad fruendū, bn̄ agere, diuites fieri in bo
nis opibus, facile tribuere, cōmunicare, thesau
rizare sibi fundamentū bonū. Accedit et illud Hebræ. 13.
Charitas fr̄nitatis ma. in vobis. Et hospitalita
tem noli. obli. Et iterꝫ: Bn̄ficentiæ & cōmunio-
nis nolite obliuisci: talibus enim hostijs prome
re_t deus. Ad idē est illud Petri: Fraternitatē di- 1. Petri.
ligite. Nā ut rectissime docet sapiens: Frater ad 3. 4.
iuuans fratrem quasi ciuitas firma. His satis
exploratum est, fraternitates iusto quidem ac
optimo iure institutas, si sancte, si iuste seruaren
tur.

Concilijs sanctis summa hactenus tribu XXX.
ta est autoritas, soliq; hæretici ab ijs de-
sciuerunt.

Quantum hactenus sancti patres conciliis sacris tribuerint, ex eorum præclaris gestis exploratissimum est. Neque enim vnquam fuit ex tot milibus sanctorum patrum, qui pertinaciter concilio spiritus sancti suggestione coacto contradixerit. Nimirum quod hæc & verbo dei constant, & promissione diuina. Verbum diuinum est. Visum est (inquiunt patres in concilio
Actis. 15. Hierosolymitano coacti) & spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & suffocato, & sanguine. In ijs igitur si quid diffinitum fuerit, id ratum esse, promissionis verbum insinuat: Amen (inquit Christus) dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta
Mat. 18. & in cœlo. Iterum dico vobis, quoniam si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis a patre meo qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Audis hic quicquid soluerint ij qui in concilijs sacrosanctis præsunt, erit solutum, quicquid ligauerint, ligatum. Viderint igitur quid ij tam manifestis Christi verbis respondere possint, qui omnem conciliorum autoritatem eneruant, eleuant, extenuant, Siquidem conciliorum autoritatē e medio sustulerimus, actum erit de christianæ reipublicæ fide, pace, concordia. Nec vspiam certius indicium habes spiritus Christi, quam in sacris patrum conuentibus: modo rite instituantur, obseruenturque. Sunt enim ad id

maxime necessaria, vt dirimantur lites & iurgia, vt non simus fluctuantes ad omnem ventum doctrinæ, paruulorum more, sed vnanimes in fide, in moribus deo Opt. Max. seruiamus. Atq; ob id Paulus testatur, sibi potestatē factam a deo non in destructionem, sed ædificationem: Data (inquit) est nobis potestas in ædificationem, & non in destructionem. Et rursus alibi conciliorum & processum & modū indicans, inquit: Cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. Verum quæ ædificatio, si singuli pro arbitratu suo diffinirent? Hinc subdit: Prophetæ autē duo vel tres dicant, & cæteri dijudicent. Item: Siue lingua quis loquatur secundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interp̄tetur. Quod si alij sedenti reuelatum fuerit, prior taceat: non enim est dissensionis deus, sed pacis, sicut in omnib⁹ ecclesijs sanctis doceo. Hic habes singulorum quidem in concilijs iudicium audiendum, deinde dijudicandum si rectū, si iustum, postremo ex totius senatusconsultus autoritate diffiniendum, quod hactenus ambiguum fuit ac uarium, ac tum demum si quid iuste decretum, obseruandum. Nisi enim quod concilijs decretum est, executioni mandetur, nunquam habituri sumus pacem, nunquam litium finem, semper dissensiones, semper sectæ, semper uarijs dogmatibus susq; deq; feremur, Sed & illud obseruandū, ad concilia legitima potissimū accersendos episcopos, & eos q̄ i a-

Ephesi. 4.
2. Cor. 13.
1. Cori. 14
Ibidem.

apostolorum successerunt vicẽ, penes q̃s decernẽdi in fidei causis p̃cipua cõsistit autoritas, non penes magistratum ac profanarum rerum moderatores. Inq̃t enim in actis apostolicis. Lu. Fa-
Actis. 6. ctũ est dũ cresceret murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo q̃ viduæ eorum despicerent̃ in ministerio q̃tidiano. Conuocantes duodecim multitudinẽ discipulorum: non (inq̃t) Sergiũ, non centurionẽ, non Corneliũ, non promiscuam multitu
Actis. 15. dinẽ, sed multitudinẽ duodecim apostolorum. Sic & paulopost, Statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & q̃dam alij ex illis ad apostolos et presbyteros in Hierusalẽ, sup hac q̃stione &c. Rursus hic habes dubia oborta ad sacerdotes relata, non ad laicos, non ad mulieres non ad cæteros quorum interest obsequi, non diffinire. Quanq̃ non negarem eos audiendos, vt docet Paulus, si q̃d argumenti in medium proferrent, modo parati essent intellectũ captiuare in obsequiũ fidei. Adesse etiã possunt vt conciliorum defensores, vt patroni, vt executores.
Iohan. 10. Oues enim sunt, non pastores. Atq inter oues & pastores, non parum multũ interest. Erit igitur pontificũ sacris in concilijs dubia determinare erit ouiũ ac subditorum, q̃d sancitũ est & credere & obseruare. Id nisi fecerint semp erunt incerti semp addubitabũt, olimq; proscriptæ hæreses pullulabunt rursus. Quinetiã & ipsum dei verbũ incertũ erit, nimirum q̃d & illud ecclesiæ con
Matth. 18. ciliorumq; autoritate nobis traditũ sit. Iustissime igit̃ Chrs ait: Si ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Tolle igit̃ ecclesiã, tolle concilia, vbi deus? vbi Chr̃us? vbi fides?

vbi euangeliũ? vbi Paulus? Omia confundes, oia incerta facies. Quod vo obijciuut nonnulli eos, q ad consilia confluunt hoies esse, oẽs aũt hoies mendaces, fateor. Erant et apostoli hoies, veꝝ non hoim, sed dei legatione eo loci fungũ tur. Quicqd ergo diffiniunt, non hoim excogitatiõe, sed diuini spũs suggestione proficiscit: Nõ enim vos estis (inqt Chrs) sed spũs pris vestri qui loquit in vobis. Hunc spm affuturum concilijs sanctis promisit Christus, inquiens: In medio eorum sum. Quoꝝ? qui in vnitate ecclesiæ Christi perseuerant, Matth. 10 Matth. 18

XXXI.

Vnam summam oportet ĩ ecclesia Christi eẽ autoritatem, quam in vicario Christi, Petrique successoribus agnoscimus.

Vnam esse in ecclesia catholica summam autoritatem, penes quam, quatenus ad fidei morumqꝫ reformandorum attinet causam, rerum cardo volueretur, vel ipsa humana ratio, quæ principum mouentiumqꝫ detestatur pluralitatem, indicat. Omnia enim monadem exigunt. Dualitatem uero quasi principium sectarum horret. Siquidem plura admiserimus principia prima, interit vniuersi ordo, pulchritudo ac status, interit & pax, oriuntur vero dissidia sectæ, dissensiões. Vnus igit princeps, vnusqꝫ q superne infernecqꝫ optimo prudentique omnia disponit ordine, vnam constituit ecclesiæ moderandæ autoritatem, qua fidei causæ, si quando inferiores episcopi dissiderent, finiant, ne p-

petuo hæreamus. qua subinde concilia, vt sint
legitima, conuocent: ne dum quisq; pro arbi-
tratu suo quæq; libent docet, agitq;, eueniat id
quod Iudæorum genti, de qua in libris Iudicũ
Iudicũ. 17. ita habes: In diebus illis non erat rex in Israel,
& 18. sed vnusquisq; q̃d sibi bonũ videbat, hoc faci
ebat. Hinc seditiones, hinc sectæ, idololatria.
Id quod & nobis Christianis euenisset, nisi di-
uina prouidentia penes vnum põtificem sum
ma rei posita esset. Voluit enim unitatem esse
integram ac immotam eius sponsæ, cuius ipse
primarium caput existit. Non quo in ipsas per
sonas, quæ alioqui labi possunt, hanc vnitatẽ
collocemus, sed quo circa vnam sedem Petri
præcipuam ac vicariam quandam autorita-
tem agnoscamus, veneremur. Adeo vt quan-
quam personæ non semel varios in errores cũ
fidei tũ moꝝ lapsi sint, pstat tñ huius sedis vni
tas, perstat cõcredita ptãs Chri promissiõe ro-
borata. vt eñ vna sedes Aaronica, ex qua cau
saꝝ diffidentiũ petebat iudiciũ, ita et in noua
lege administrãda, vna summa est sedes, quan
quam vicaria, ad quam dubijs in rebus confu
giamus. Hinc dr̃. Si difficile & ambiguũ apd
te iudicium esse perspexeris, int sanguinem &
Deut. 17. sanguinem, causam & causam, lepram & nõ
lepram, & iudicum intra portas tuas videris
ṽba variari, surge & ascẽde ad locum quem
dominus deus tuus elegerit, veniesq; ad sacer-
dotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fue-
rit illo tempore, quæresq; ab eis qui indicabũt
tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; di-
xerint, qui præsunt loco, quem elegerit domi-

nius, & docuerint te iuxta legem. Qui autem su perbierit nolens sacerdotis obedire imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Hactenus ibi. Promittitur hæc autoritas Petro ob fidei constantem cõfessionem, non secus atq; olim multis signis & portentis, deinde & voce ipsa diuina Aaronici sacerdotij pontificibus præcipua quædam decernendi potestas & promissa est & exhibita. Signa innumera præcessere: In primis autem illud, quod apud Mattheum, in soluendo tributo Petrus æquatur Christo, Vade (inquit) ad mare, et eum piscem qui primus ascenderit, illum sumens, & da eis pro me et te. Iam & illud nõ ab hac re factũ est, q̃ Petri nauim ingressus est, quod fluctuanti manum porrexit, q̃ primus in catalogo apostolorum ceu caput omnibus præponitur, q̃ illi præcipitur, Duc in altum & laxate retia vestra in capturam. Accessit ijs signis diuina promissio, qua Petro præ omnibus soliditas quædam fidei ac primariæ autoritatis firmitas promittitur: Beatus (inquit Christus) es Simon bar Iona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui ĩ cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunq; ligaueritis super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Hic Origines obseruandum censet, q̃ Petro claues promittuntur, quibus in multis cælis liget, alijs au

Matth. 17. Lucæ. 5. matth. 14 matth. 10 Lucæ. 5. Matth. 16.

tem apostolis in cælo, quasi diceret, In Petro plenituto erit potestatis, in cæteris partes. Ad-
Lucæ. 22. de ijs quod apud Lucam dicitur, Simon ecce satan expetiuit vos vt cribraret sicut triticum ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus. Quæ vniuersa vera esse nemo dubitet, sed ita tamen, vt non in personas conueniant hominum, sed in statū, in dignitatem, et primariæ sedis fidem. Vtcunque enim personæ lapsæ sint: nam homines sunt, & quatenus homines, mendaces, perstat tamen fides Petri, perstat summa illa ligandi ac
Rom. 3. 4 soluendi potestas penes hanc Petri sedem, Itaque cum ijs verbis promissa sit, & deus verax sit suis in promissis, non potuit non exhibere quod pollicitus erat Petro. Exhibuit autem dū in Iohāne diceret, Dixit Simoni Petro Iesus: Si
Ioha. ult. mon Iohannis diligis me plus ijs? Dicit ei (ecclesia) Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Iohannis diligis me plus ijs? Ait illi: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon IOHANNIS amas me? Contristatus est PETRVS, quia dixit ei tertio amas me. Et dixit: Tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Hic habes soli Petro oues CHRISTI, id est, omnes qui ad CHRISTI ouile pertinent, concreditas. Eo etiam pertinet, quod mu
Iohnan. 1. tatio nominis huius fidei firmitatem importat: Tu es SIMON filius IONA, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur. PETRVS Atqui petros græce, latine saxum vel lapis di

citur. Vides hic promiſſionis verba per omnia reſpondere verbis exhibitionis. Nam aput MATTHAEVM promiſſionis verba ſunt: Tu es Petrus. Tibi dabo, Quodcunqꝫ ſolueris, ſic & in Luca promiſſionis verba ſunt, Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua &c. Apud IOHANNEM rurſus: Tu vocaberis Cephas. Et item exhibitionis verbum eſt reſpondens, paſce oues meas, id eſt, rege, doce. Hæc enim omnia veri paſtoris ſunt munia: adeo enim omnia hic in vnum Petrum regeruntur, adeo vnitatem præ ſe ferunt. Confirmatur id rurſus CHRISTI verbo: Alias (inquit) oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, de vocatione gentium intellige, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus paſtor. Aliæ oues gentes ſunt, quæ non CHRISTI immeditata prædicatione, ſed & apoſtolorum & cæterorum in vineam domini opera vocatæ ſunt, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor. Paſtor primarius CHRISTVS. Huius vicarius Petrus, cæterique legitima autoritate deſignati, ad quos attinet modo verbo dei paſcere CHRISTI oues, modo corrigere, q̄ veri paſtoris ſunt officia. Ita Petrus Hieroſolymis primum, deinde Antiochiæ, demum vero Romæ Chriſti oues pauit, rexit ac moderatus eſt. Executus eſt enim delegatum ſibi munus, primum quidem Hieroſolymis, dum in locum Iudæ ſurrogaretur Matthias. Hinc dicitur: Exurgens Petrus ſcilicet in medium fratrū dixit: Viri fratres, oportet implere. Sic & in die pentecoſtes diſcipulos ab Iudæorum obtre-

Iohan. 10.

Actuū. 1.

ctatione defensitans, ait: Viri Iudæi, & qui ha
bitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum
sit. Rursus compunctis corde respondit: Pœnitē
Actuū. 2. tiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū
in nomine domini. Ita claudum sanat, atq; a-
pud populum defendit. Iam & illud argumen
tum est coercitiuæ potestatis, quod Ananiæ &
Sapphiræ fraudem tam seuera animaduersio-
Actuum. 3 ne puniuit: Cur (inquit) satanas tentauit cor tu
Actuū. 4. um mētiri te spiritui sancto? Moxq;, Audiens
Actuū. 5. hæc verba cecidit, & expirauit. Accedit & il-
Actuū. 8 lud quod Simonis scelestissimam bonorum spi
ritualium nundinationem tanta seueritate co-
hibuit, Pecunia tua tecum sit in perditionem q̄
niam donum dei existimasti pecunia possideri
Non est tibi pars neq; sors in sermone isto. Sed
& manifestarium primariæ autoritatis indici
um est in Petro, ꝙ iussus est gentes a Christi o-
uili alienas, ad ecclesiæ catholicę vnitatem ad
Actuū. 10. iungere, idq; dum in Ioppen ad Cornelium de
scendit, eumq; fidei sacramentis initiauit. In
concilio etiam apostolico autor fuit sententiæ
cessationis legalium: Conuenere (inquit Lu-
Actuū. 15. cas) apostoli & seniores, non coriarij, non muli
eres, non magistratum gerentes, videre de ver
bo hoc: Et cum magna cōquisitio fieret, surgēs
Petrus, dixit: Viri fratres, vos scitis quoniam
ab antiquis diebus in nobis elegit per os me-
um audire gentes verbum euangelij, & crede
re. Hos locos si quis cum sanctorum patrum di
ctis contulerit, apertissime comperiet monar-
chiæ vnitatem ita a Christo institutam, vt eā
in Petrum Christi vicarium, eiusq; successores

legitimos perpetua successione deriuatam facile credat. Quod vero obijcere solent aduersarij vnitatis, Christum caput ecclesiæ, lapidem ac petram fundamentumque fidei, neque plura posse dici capita, neque fundamenta, verum quidem Christum primarium & caput & fundamentum, quo omnis ædificatio extructa crescit in domino, quo omnia connectuntur cohærentque membra, sunt tamen & capita quædã huic subordinata. Quandoquidem & Paulus plura subordinata capita, quantum attinet ad regiminis influxum, admittit dicens: Caput mulieris vir, caput vero viri Christus, caput autem Christi deus. Sic quanquam Paulus Christum asserat fundamentum, Iohannes tamen in Apocal. sua duodecim subordinata asserit fundamenta, ita & de petræ vocabulo, quod ita in Christum competit, vt nihilo secus & in Cepham, ac Simonem competere possit, Christo teste: Tu uocaberis Cephas, quod est petros Eant nunc qui inficiantur Petrum dici saxum cum id palam affirmet Christus. Deinde nec illud Petri primatum euertit, quod Christus dominationem prohibuisse videtur, dicens: Reges gentium dominantur. Quandoquidem nõ primatum quatenus ad rem ipsam, sed ad modum ambiendi, quo nonnulli in ipsum fereban tur, prohibuit, alioqui non præfecisset Petrum cæteris, vt monstratum est. Postremo nec illud obstat, quod deus seipso moderatur ecclesiam. Quandoquidem & olim dux fuit populi Israelitici, sed ita, ut nihilo minus & Mosen & Aaron & Iosue, cæterosque admitteret & rectores

1. Cori. 11.

Apoca. 21.

Iohann. 1.

Matth. 1●

ctatione defensitans, ait: Viri Iudæi, & qui habitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit. Rursus compunctis corde respondit: Pœnitē

Actuū. 2. tiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū in nomine domini. Ita claudum sanat, atq; apud populum defendit. Iam & illud argumentum est coercitiuæ potestatis, quod Ananiæ & Sapphiræ fraudem tam seuera animaduersio-

Actuum. 3 ne puniuit: Cur (inquit) satanas tentauit cor tu

Actuū. 4. um mētiri te spiritui sancto? Moxq;, Audiens

Actuū. 5. hæc verba cecidit, & expirauit. Accedit & il-

Actuū. 8 lud quod Simonis scelestissimam bonorum spiritualium nundinationem tanta seueritate cohibuit, Pecunia tua tecum sit in perditionem q̄niam donum dei existimasti pecunia possideri Non est tibi pars neq; sors in sermone isto. Sed & manifestarium primariæ autoritatis indicium est in Petro, q; iussus est gentes a Christi ouili alienas, ad ecclesiæ catholicę vnitatem ad

Actuū. 10. iungere, idq; dum in Ioppen ad Cornelium descendit, eumq; fidei sacramentis initiauit. In concilio etiam apostolico autor fuit sententiæ cessationis legalium: Conuenere (inquit Lu-

Actuū. 15. cas) apostoli & seniores, non coriarij, non mulieres, non magistratum gerentes, videre de verbo hoc: Et cum magna cōquisitio fieret, surgēs Petrus, dixit: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euangelij, & credere. Hos locos si quis cum sanctorum patrum dictis contulerit, apertissime comperiet monarchiæ vnitatem ita a Christo institutam, vt eā in Petrum Christi vicarium, eiusq; successores

legitimos perpetua successione deriuatam facile credat. Quod vero obijcere solent aduersarij vnitatis, Christum caput ecclesiæ, lapidem ac petram fundamentumq; fidei, neque plura posse dici capita, neq; fundamenta, verum quidem Christum primarium & caput & fundamentum, quo omnis ædificatio extructa crescit in domino, quo omnia connectuntur cohærentq; membra, sunt tamen & capita quædã huic subordinata. Quandoquidem & Paulus plura subordinata capita, quantum attinet ad regiminis influxum, admittit dicens: Caput mulieris vir, caput vero viri Christus, caput autem Christi deus. Sic quanquam Paulus Christum asserat fundamentum, Iohannes tamen in Apocal. sua duodecim subordinata asserit fundamenta, ita & de petræ vocabulo, quod ita in Christum competit, vt nihilo secus & in Cepham, ac Simonem competere possit, Christo teste: Tu uocaberis Cephas, quod est petros. Eant nunc qui inficiantur Petrum dici saxum cum id palam affirmet Christus. Deinde nec illud Petri primatum euertit, quod Christus dominationem prohibuisse videtur, dicens: Reges gentium dominantur. Quandoquidem nõ primatum quatenus ad rem ipsam, sed ad modum ambiendi, quo nonnulli in ipsum fereban tur, prohibuit, alioqui non præfecisset Petrum cæteris, vt monstratum est. Postremo nec illud obstat, quod deus seipso moderatur ecclesiam. Quandoquidem & olim dux fuit populi Israelitici, sed ita, ut nihilo minus & Mosen & Aaron & Iosue, cæterosq; admitteret & rectores

1. Cori. 11.

Apoca. 21.

Iohann. 1.

Matth. 10

& duces. Ita & sub nouo testamento quanquã
Math.ult. nobiscum sit vsq; ad consummationem seculi, dedit tamen & quosdam quidem apostolos,
Ephesi. 4. alios autem doctores. Quæ enim sunt, a deo or
1. Cori. 11 dinata sunt, ita & vni vicario suam ecclesiam commisit moderandam.

XXXII Excommunicationis fulmen in rebelles ac contumaces iure æquissimo ferre possunt pontifices ecclesiæ.

Excommunicandi potestas ex euangelicis pendet l'ris, estq; maxime exercenda in rebelles & manifestarios peccatores, qui cæteris offendiculo sunt, quiq; alias corrigi nequeunt. Quod enim ob æs alienum plerunq; fertur, non admodum probo, quanquam & hic nonnulli excusationis nonnihil prætexant. Verum quãtum ad eius ordinem, causam, & processum, ita apud Matthæ. legimus: Sic peccauerit in te frater tuus, vade & & corripe ipsum inter te & ipsum solum. Et mox, si fraternam monitionem contempserit, dic ecclesiæ: si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quęcunq; enim alligaueritis super terrã, erunt ligata et in cœlo: & q̃cunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. De hac potestate non semel se iactat Paulus, non semel contestatur se posse vti, si modo corrigi nolint blandis
1. Cori. 4. admonitionibus. In virga (inquit) veniam ad
2. Cori. 13. vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Rursusq;. Ideo enim hęc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatem, q̃ dedit mihi in ædificationem & non in destru-

ction em. Hac vsus, scortatorem illum Corinthium tradidit satanæ in diuexationem corporis, dicens: Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens eũ qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi satanæ, in interitum carnis, vt spiritus saluus sit ĩ die domini nostri Iesu Christi. Deinde ostendit in quos maxime exercenda sit, & a quibus cauendum. Scripsi (inquit) vobis non commisceri fornicarijs, non auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus. Et mox, Cum eiusmodi nec cibum sumere. Itemq́, Auferte malum ex vobisipsis. Atq́ vtinam & nostri pontifices & sacerdotes, qui hac autoritate potissimũ sunt robusti, in eiusmodi homines terrificum illud fulmen excuterent, quales hic describit PAVLVS, nec tam passim in miseros, & eos, qui non sunt soluendo ferrent, & tum multo felicius opinor, cum Christiana rep. ageretur. Ita Paulus hæreticos et eos qui circa fidem naufragium fecerunt, satanæ tradidit. Quidam (inqt) circa fidem naufragauerũt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare. Et iterum: Hæreticum hominem post vnam & secundam monitionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. De horum vitatione & IOHANNES testatur: Si quis venit & hanc doctrinam non affert, ne receperitis eum

1. Corin. 5
Ibidem.
1. Timo. 1.
Titi. 3.
Iohann. 2.

ĩ domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit il li aue, communicat operibus eius malis. Ex ĳs exploratissimum est excommunicationis ana thematisq; cẽsuram maxime ferendam in hæ reticos, & qui nolunt procaciter ecclesiæ decre tis obtemperare. Id cum ita sit, viderint Lute rani (qui non modo nuper legitime excommu nicati, sed etiamnum olim ante multa secula cum dogmate suo damnati) quid respondere possint, dum iudici æqſſimo sistendi sunt. Quip pe, qui nauci non facinut excommunicatiõis fulmen, immo tam rident, & perfricta fronte subsannant. Quibus id veniet quod Iudæ pro- ditori Christi, qui vbi semel satanæ traditus est cœpit magis magisq; in impietate proficere,

Lucæ.22 ac a satana exagitari. Intrauit eñ (inqt Luc.) satanas in Iudam, & abĳt, & locutus est cum

Iohan.14 principibus sacerdotum. Et iterum alibi: Cum diabolus misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Ischariotes, & Iohannes eum magis ac magis exagitatum ostendit: Et post buccel lam introiuit eum satanas. Sic vbi semel ho- mo sibimetipsi permissus fuerit, mox peccatis peccata agglomerat, atq; ita demum in pec- catorum profundum lapsus contemnit. Quoue magis cõtempserit, eo magis inuoluitur. Id q̃d proprie accidere solet hæreticis:

XXXIII. Constitutiones humanas ex pontificum autoritate profectas legitimeq; institutas & vtiles esse & necessarias,

Constitutiones aliæ ab ecclesiasticis primo ribus, aliæ a seculi magistratibus constituuntur

vtræq; tamen vt sint obligatoriæ, æternæ legi consonent oportet. Aeterna vero lex, quæ est ipsissima dei voluntas, quo omnia ordine quodam in superiora ducantur, exigit vt inferiora a superioribus gubernentur, tum quæ natura, tum quæ voluntate fiunt, modo subsistere velint diu. Hinc, vt ordinis seruetur integritas, neue omnia confusius gerantur, monarchiã quandam instituit, atq; proinde qui huic præsideret monarcham vnum, cui ecclesiam commisit regendam, id quod commode sine constitutionibus fieri nequit. Quandoquidem varia occurrũt, quę sanctis scripturis expressa nõ sunt neq; omni ex parte absoluta, quæ subinde eruenda ac diffinienda sunt, ne fideles perinde atq; ethnici varijs dogmatibus concutiantur. Habenda proinde & temporum & personarũ & locorũ ratio. Alia enim alijs conueniunt atq; expediũt. Nã & Paulus alia Rom. alia Cor. alia alijs pcipit fidelibus, q̃q̃ nõ aliud euãgelium, stat em̃ semp idẽ euangeliũ, eadem et pontificum autoritas, utcunq; varient decreta. Sic & alibi Timotheum circuncidit, alibi adeo aduersatur circuncisioni, vt dicat, Si circundimini, Christus nihil vobis proderit. Idem tamẽ ille Paulus, eadem potestate quam in ædificationem fatetur sibi datam, vtrunq; facit, vtrũq; decernit atq; diffinit. Quo fit consentaneum vt si quæ in concilijs finiantur, quæ pro diuersitate causarum alias reuocari oportet, non ob id errare concilia, nec pugnantia decernere, cũ eadem et Paulus fecerit. Siquidem manet semper eadem & immota potestas, qua cum Pau

Actuũ. 16.
Galat. 2.
Galat. 5.

lus, tum patres in concilijs in diffiniendis cau sis vtuntur. Proinde cum venundati simus sub peccatum, pronicß ad malum ab adolescẽtia, commodum est vti vetus hõ congruis coercea tur legibus, alioqui facile præcipitabit spiritũ.
Galat.5. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & Roman.8 spiritus aduersus carnem, hæc enim sibi inuicẽ
Proue.20. aduersantur. Si uero spiritu duceremur, nõ esse- mus sub lege. Verum quis gloriabitur castum
Roman.4 habere cor? quis nõ sentit q̃ inter se pugnet ca-
Galat.3. ro & spiritus? Vt igitur pereat caro, vt morti- ficetur, irascentem sustineat legem oportet, sit sub pædagogo, donec suapte sponte feratur ad honesta, nec opus habeat metu mali coerceri a flagitijs. Ea vero lex quanquam sibi intollera bilis videatur, si tamẽ sese totam subiecerit spi ritui, facile quod imperatum est, perficiet, idcß deo auspice, qui vt adest legem ferentibus, ita non deerit infirmitati carnis, modo id præstet
Roma.13. quod in se est. Neque eñ est potestas nisi a deo,
Iohann.19 inquit Paulus. Et CHRISTVS: Non ha- beres in me vllam potestatem, nisi tibi desuper
Roma.13. data esset. Quisquis igitur potestati resistit, dei
Iob.5. ordinationi resistit. Omis enim potestas a deo est. Condendarum igitur constitutionum pote- stas a deo. At quorsum attinet potestate potiri, si non conceditur vti, si non exequi? Nihil enim in terris frustra fit. Frustra autem esset, si non
2.Cor.10 certas ob causas pro varietate tẽporum emer
&.13. gentes, essent condendæ leges. Porro cum Pau lus testetur, potestatem sibi in ædificationem, non in destructionem datam. Atqui destruere- tur ecclesiastica respublica, si singula membra

suopte arbitrio agerent, decernerẽt, & non potius regerentur a capite, pro officiorum diuersitate in ædificationẽ corporis ecclesiæ. Omnia enim secundum ordinem fiant in vobis. Accedit, quod vt ordine quodam ecclesiastico perfungamur sacerdotio, certos ritus, ceremoniasque habere oportet, id vero sine certis constitutionibus eẽ nequit. Hinc Paulus multa de psallendo, multa de velandis mulieribus, de interpretando in ecclesia, de vsu cœnæ dominicæ præcipit, decernit, ad quæ obfirmãda, partim CHRISTI traditionem, partim ecclesiæ cõsuetudinem citat, quatenus ad CHRISTI factum attinet, dicit: Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis. Quatenus ad receptam consuetudinem: Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Hoc enim pręcipio nõ laudans, quod non in melius, sed in deterius cõuenitis. Hic habes, quod a consuetudine receptissima licet arguere, si verbum non sit manifestum, in ijs quæ ad ceremonias constitutionesque attinent. Iam & illud non omittendum, quod multa de eligendo episcopo, de viduis, de diaconum ministerio præscribit, de quibus nec iota comperies in euangelicis historijs. Quæ vniuersa tamen non secus atque a CHRISTO tradita essent, Paulus seruari mandat: Laudo (inquit) vos, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Et iterum: State, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue

1. Cor. 14.
Ibidem.
1. Cori. 11.
Ibidem.
Ad Timo. & ad Titũ
1. Cori. 11.
2. Thessa. 2
1. Thess. 4.

per epistolam nostram. Itemq́; Scitis quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum, moxq́; ordinat de rebus profanis. Ne quis supgrediatur fratrem suum in vllo negotio, neque circumueniat. Itaq́; qui hæc contemnit, nõ hominem contemnit, sed deum, qui etiam dedit Spiritum sanctum in nobis. Sic etiam apud Corinth. certas regulas legesq́; de secularibus iudiciis præscribit, dicens: Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Quo sequitur etiamnum ab ecclesiasticis primoribus de profanis rebus disponi nonnulla, quæ certas leges, certosq́; canones iudicandi exigunt. Adde iis, quę paulo ãte diximus de apostolorum decretis in concilio Hierosolymitano euulgatis, quibus obstringebantur fratres Antiochiæ degentes. Hinc in Actis dicitur, q̃ Paulus & Timotheus cum pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant ab apostolis & senioribus sancita. Item de Paulo dicitur, Perambulabat autem Syriam & Ciliciam confirmans eccesias, præcipiens custodire præcepta apostolorum et decreta seniorum Obserua decreta hic numero pluratiuo dici, q̃ consequitur non parum multa fuisse sub exordium nascentis, & recens exortæ ecclesiæ, præcepta, quanquam non sint literis demandata, quibus nihilo secus fideles reddebantur obstricti, adeo vt qui ea contempsisset, deum cõtempsisse dicatur. Qui enim vos spernit me spernit Eadem enim ecclesia eandem recepit condendarum legum autoritatem a Christo, quam &

1. Cor. 11.
1. Cori. 6.
Actuũ. 15.
Actuũ. 16.
Lucæ. 10.

apostoli fidei nostræ duces. Dicit enim Christ⁹
dic ecclesiæ, si ecclesiam non audierit, sit tibi si
cut ethnicus & publicanus. Omnibus eũ apo matth. 18
stolis Christus ecclesiam præposuit. Non enim
inquit: dic Petro vel Paulo personis ipsisq; ho-
minibus, qui aberrare possunt, sed dic ecclesiæ
quam qui audire contempserit, sit tibi sicut eth
nicus & publicanus. Quanquam & apostoli
non sint repudiandi, at vero certius testimoni-
um habemus nullum diuinæ voluntatis, quã
vbi totius ecclesiæ assensu quippiam legitime
probatur, vel damnatur, instituitur, vel desti-
tuitur, id quod fere in decretis fit, hactenus ob
seruatis de ieiunio, de festis, de cælibatu clerico
rum, de monastice, de missandi ritu, & aliis id
generis. Si enim tantum honorem Christus ca-
thedræ Mosi voluit esse, vt quicquid hæc de-
cerneret inter causam & causam, iudicium et
iudicium, ratum foret a deo, vt transgressor re
us haberetur capitis: Qui enim (inquit) noluc- Deuter. 17
rit obedire sacerdotis imperio, morte moriatᷣ:
Quanto magis & ij audiendi sunt & obseruã
di, qui in Christi cathedra sedent, eodem Chri
sto iubente: Super cathedram Mosi sederunt, Matth. 23
scribæ & pharisæi, quæcunq; dixerint vobis
seruate, & facite, secundum opera autem noli
te facere, ita & Paulus de præpositorum obe-
dientia: Obedite (inquit) præpositis vestris, ipi Hebre. 13.
enim reddituri sunt ratioẽm pro animabus ve
stris. Postremo quantum ad constitutiones at-
tinet magistratus ac principum, nulli dubium
est, eos posse certas leges pro subditorum pace
condere, modo æquitati, rationi, ac necessitati

respondeant, prout æquus ac prudens legislator perpẽdere habet. Neq; enim tam faciles eẽ debemus, legum multitudine miseram grauare plebeculam, alioqui duriores eos plerũq; inueniemus q̃ malumus. Lenitate enim ducitur aliqñ vulgus potius q̃ irascente lege. Sin vero pertinaces fuerint, iam ipsa pertinacia legibus subijcitur, teste Paulo: Iusto non est lex posita,
1. Timot. 1 sed iniustis & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum cõcubitoribus, & alijs id generis. Hic obserua quibus ipsa lex posita sit, quosque teneat obligatos. Decet siquidem subditos esse morigeros ac temperantes dictorum. Inquit enim Paulus: Omnis anima sublimioribus potestatibus sub
Roma. 13, dita sit. Non eñ est potestas nisi a deo: quæ aũt sunt, a deo ordinatæ sunt. Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes nõ sunt timori boni operis, sed mali. Sequitur: Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum:
Matth. 22. cui vectigal, vectigal. et Chrs: Reddite q̃ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt dei deo. Et Petrus: Subditi estote omni humanę creaturæ propter deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefa-
1. Petri. 2. ctorum, laudem vero bonorum. Et paulo post: Deum timete, regem honorificate. Serui subdi
Prouer. 8. ti estote in omni timore dominis, non tantum bonis, sed etiã discolis. Idem fatet & Solomõ: Per me, inqt, reges regnãt, & legum cõditores iusta decernunt, Per me principes imperant, et

potentes decernunt iustitiam. Et itidem Eccle-
siasticus: In unamquamque gentem præposuit re- Ecclesi 17.
ctorem, & pars dei Israel facta est manifesta.
His atque aliis innumeris locis palam ar-
guuntur falsitatis Lutherani, qui asserere au-
dent, Paulum damnare iusta pontificum de-
creta, porro & magistratuum, porro omnium
hominum, quandoquidem non tam male sibi
constat cum Christus, tum Paulus, vt id dāna-
re uelint, quod propria ipsorum autoritate san-
citum est. Neque enim sine causa princeps fert
gladium, quemadmodū nec absre dictum est Roma. 13.
ecclesiasticis præpositis: Quodcūque ligaueritis
&c. Et: Qui vos audit, me audit. Vtrisque igitur Lucæ. 10.
obediēdum, nisi ea præcipiant, quæ palam in
perniciem vergerēt animarum. Tum ēm sunt
iniustarum legum cōsarcinatores, estque ipsis re-
spondendum id quod in Actis aplīcis discipu- Actor. 5.
li responderūt pontificibus: Melius est obedire
deo q̄ hominibus. Nec iis obstat, quod Paulus ali- Colloss. 2.
cubi dicit, decreta hominum a tergo relinquē-
da. Certum enim est eum eo loci de crassis Mo-
saicæ legis decretis loqui, quorum magna pars
ad expiscādam subditorum pecuniam a pha-
risæis torquebatur, quibus etiam sua onera ad-
diderunt, quo nihil deesset, quod non cederet
in laqueum subditis, quod non esset pecuniari-
um rete. Id quod iure corrigendum non modo
in pharisæis, sed etiamnum in sacerdotum ac
pontificum abusibus, qui passim tum in sacra-
mentorum ac indulgentiarum nundinatione
inuecti sunt, quibus e medio sublatis, rei sta-
tum ac caput non abrogemus. Sola ēm illa de-

creta damnantur, quæ palam euangelio diffident, quibusve salutem deputabant pharisæi.
Matth.15. & .23 Hinc Christus, sine causa colunt me mandatis hominum &c.

## XXXIIII. Ceremonijs externe deus colendus.

Ceremoniæ Christianorum, multo alia ratione institutæ sunt quam legis Mosaicæ, quas alibi antiquatas & abrogatas dicit Paulus. Secus autem multo de nostris pronūtiauit, quādoquidem ceu veri & interni cultus fructus indicia præcipit seruare, vt paulo ante commonstratum est.
Hebre.9. Etenim veteris legis ceremoniæ in Christo impletæ sunt. Lex enim umbram habuit futurorum bonorum, euangelicæ vero ceremoniæ in hoc ordinatæ sunt, vt Christi gloria, honor, regnum illustrius fiat, denique vt quicquid vel sumus vel possumus in Christum referamus. Hinc genua, manus, oculos, totumque corpus ipsi sacramus, ipsius cultui deuouemus. Hinc hymnos, odasque sacras illi decantamus: benedicimus equidem deum in operibus suis. Siquidem hortatur Ecclesiasticus: Collau-
Eccles.39. date canticum & benedicite dominū in operibus suis. Date nomini eius magnitudinem, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum vestrorum, & in citharis, & sic dicetis in confessione: Opera domini
Eccles.34. vniuer. bona valde. Sic & Dauid: Laud. domi
Psalm.150 num in sanct. eius. Laud. eū in sono tubæ. Lau.
Neem.9. eum in psal. in tymp. in choro, in chordis & or
Psal.118. ga. Sic & Esdras docuit populum laudare deum quater in die, & quater in nocte. Et Dauid

Media nocte surgebam ad confi. nomini tuo.
Itemq;: Septies in die laudem dixi tibi. Accedit ijs quod Iohan. in Apoca. sua ecclesiæ ritus ac varias ceremonias describens, ait: Quatuor animalia &c. xxiiij. seniores non habebant requiem die ac nocte, cecideruntq; coram agno habentes singuli citha. & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & cantabant cant. nouum, dicentes: Dignus es domine accipere librum &c. Et iterum: Et omnem creaturam quæ in cælo est, & quæ super terram, et quæ subtus terram, et mare, & quæ in eo sunt omnes audiui dicentes sedenti in thro. & agno Benedictio, & honor, & potestas in secu. secu. Quantum vero ad eas ceremonias attinet, quas sacramentalia vocant quarum in numero sunt, sal exorcizatū, aqua sacrata, herbæ, thus, oleum, cerei benedicti, & id genus alia, quibus aduersus incommoda, cum corporis, tum animæ tutamur. Non quod suapte virtute hæc efficiant, sed quod per dei verbum benedicta, promissioneq; diuina ipsi verbo rebusq; assistente, cum corporibus, tum animabus aduersus aereas potestates adminiculo sunt. Satis enim compertum habemus humani generis hostem, non modo hominum animabus, sed etiam corporibus, porro rebus vniuersis quæ ad mortalium vsum sunt conditę insidiari. Id quod crudelitas docet, quam in substantiam Iob exercuit, cuius proles, pecora, ædesq; prorsus deuastauit. Vt igitur prudentissimus ille deus clauum clauo pelleret, rebus eiusmodi crassissimis ceu organis quibusdam ad

Apoca. 5.

Iob. 1.

dæmonum coercionem & prostrationẽ vtitur
Id quod harum & consecratio & forma oñdit
Consecrantur enim verbo dei, atqui suo v̄bo
non potest nõ assistere deus. Quippe qui pactũ
iniit sub pollicitatione suijpsius, sese suo verbo
affuturum, modo inuocatum fuerit. Inquit enĩ
Psal. 144. Dauid: Fidelis deus in omnibus verbis suis. Itẽ
Roma. 4. que: Quæcunque promisit, potens est & face-
Numer. 6. re. Ita & in Num. Inuocabunt (inquit) no-
men meum super filios Israel, & benedicã eis.
Rursusq; in nouo test. hanc promissionem inno
uans, ait: Quodcunq; petieritis patrẽ in nomi
ne meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in fi-
Iohan. 14 lio. Et iterum: Quodcunq; volueritis, petetis, et
Iohan. 15. fiet vobis. Sic & in Marco: In nomine meo dæ
Marc. vlt. monia eijcient, linguis loquentur nouis, serpen
tes tollent: & si mortiferum quid biberint, non
i. Tim. 4. eis nocebit. Rursusq; Paulus: Quicunq; inuoca
uerit nomen domini, saluus erit. Itemq; q̄ ver-
bo dei consecrentur. palam testatur: Sanctifi-
catur enim (inquit) per verbum dei. Ministri si
quidem sacrarum rerum dispensatores, inuo-
cando trinitatis deificæ potentissimum nomẽ
super eiusmodi sensibiles creaturas, diuinæ pro
missiõi, qua dixit: benedicam eis, quicquid pe
tierint, dabitur eis, &: sanctificatur per verbũ
dei, toti innituntur certi, quia quæcunque pro-
misit deus, potens est & facere. Neq; enim fal-
lere vult deus suam sponsam, quam tam ma-
gnificis promissis firmauit, eoq; fit vt suo mi-
nistro adsit, coopereturque, adsit & suo verbo,
adsit nomini, immo rebus ipsis in sui nominis
contestatione sacratis, idq; efficiat per easdẽ,

quod prætendunt, modo non obstet perfidia, non obstent hominum peccata, quibus fit ut se se non ostendat diuina virtus ijs rebus assistēs. Vtq; pinguiore Minerua dicā, Minister Christi ad eum modum obtestatur res ipsas sensibiles: Exorcizo te creatura salis per deum viuū, per deum sanctum, per deum verum. Itemque In nomine patris & filij & spiritus sancti, benedico has vel illas creaturas. Huic inuocationi non potest non adesse diuina promissio, qua excitatus sacerdos, eiusmodi preces fundit. Iā cum adsit, non potest non esse licitus horum vsus, alioqui non esset deus verax suis in promissis. Id quod est contra scripturam. Est autem deus verax. Accedit ijs ecclesiæ autoritas, vsus, porro vtilitas, quam experimur indies ijs sanctissimis rebus conferri. Quanquam enim deus de se solo possit omnia pstare, vt tamen illustrior eius gloria fiat, ijs minutissimis rebus adesse dignatur. Sic olim per apostolorum semicinctia, per Petri vmbram, per manuum impositionem, per vocem mira operatus. Quæ itidem operari non cessat quotidie. Neq; enim est abbreuiata manus domini. Neq; adeo nostris erratis offēsus, vt rescindat pactum quod pepigit nobiscum. Iustissime igitur ait Alexander papa, qui .V. ab. PETRO fuit: Si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa diuinisque precibus sacrata populum sanctificat atque mundat. Et si sale aspersso per HELISEVM prophetam sterilitas aquæ sanata est, quan-

autor eccle.

Roma. 3.

Actu. 5. Ibidem. 9. & 3. & 28. Isaie, 59.

4. Reg. 2.

to magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinatos sctificat, & cætera bona multiplicat, et ab insidijs diaboli, & a phãtasmatis, versutijsq;

Leuitic. 2 homines defẽdit: Hactenus ille. Adde ijs quod olim præcipitur vt pactum salis sit perpetuum Quicquid (inquit) obtuleris sacrificij, sale con dies, nec auferes sal fœderis dei tui. In omni ob

Num. 18. latione offeres sal. Et item pactum est salis sempiternum coram domino tibi & filijs tuis. At qui hactenus de ijs.

## XXXV. Ministros ecclesiæ cõuenit esse cælibes omniumq; continentissimos.

Olim & inter philosophos versata est quæstio, num sapienti ducẽda sit uxor, alijs interim aliud decernentibus, neq; enim hactenus inter eos conuenit. Verum horum opinionibus a tergo relictis, dicam paucis (qui enim densiores rationes lustrari velit, Iudoci Clich. ac Iohan- Fabri lucubratiões peruestiget) quid mihi hac in re visum sit congruum, commodum, ac opportunum. Itaq; mihi videtur haud congruum eos qui sacris seruire indies tenentur altaribus, simul rei vxoriæ operam nauare, ꝙ ea res ani-

1. Corin. 7 mum admodum a Christo abalienet, Paulo teste: Qui enim alligatus est vxori, diuisus est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori. Illud vero muneris hominem exigit ab omni negotio, adeoq; a re vxoria absolutissimum. Volo (inquit) uos sine solicitudine esse. Quę vba in quos magis conueniũt, quam in eos qui perpetuo altario suopte arbitratu, suapte deli-

peratione, nullo adigente consecrantur? Iam & illud obseruandum, q Paulus monet coniu ges, vt aliquanto tempore ab vsu coniugali ab stineant, quo commodius orationi vacent, atqui sacerdotes non semel, sed perpetuo conuenit altaribus esse addictos, perpetuo orationi vacandum. Vt igitur eo facilius deo adhereant, perpetuo conuenit eis a re vxoria abstinentia. Si enim Abimelech noluit panes propositionis dare, nisi pueris, qui ab heri & nudiustertius ab vxorum congressu abstinuissent, quanto magis ijs abstinendum, qui panem illum mundiss. manibus cõtrectare debent, qui cibus est mundi, qui vita est hominum? Hinc olim prohibiti sunt viduã, repudiatam, ac vile prostibulum ducere: At quanto digniores sunt nostri sacerdotes, qui non iam in vmbratico illo templo, sed in veritate atq re ipsa offerunt panem illum angelorum. Congruum igitur fuerit & hosce tanta dignitate conspicuos a mulierum consuetudine prorsus abstinere. Tanto enim id magis congruit, quanto in excellentiore templo administrant. Olim enim oportuit Leuitici generis sacerdotes sub id temporis, q in templo deseruiebant, abstinere ab vxorum congressu, quas tum vti Leuiticum semen propagaretur, licuit habere. At vero sub euangelij regnum, iam non opus est eiusmodi carnalem propagationem seruare, cum regnum dei non carne, non sanguine, sed fide, sed verbo dei propagetur. Neq igitur nobis curæ propagandæ sobolis ex voluntate carnis, sed id quod multo pstantius, multos regenerare Christo. Accedit

1. Corin. 7

2. Reg. 21.

Iezec. 44.

Leuiti. 21.

Iohann. 1.

ecclesia.5, quod Solomon ait. Quodcunque voueris redde.
Reddant igitur oportet sacerdotes id quod solenni iureiurando polliciti sunt sub ordinum sacrorum receptione, nempe perpetuam continentiam, alioqui si non reddant, imputabitur illis
Matth. 18 in peccatum. Accedit ijs ecclesiæ autoritas,
Matth. 18 quam iubet CHRISTVS audire. Hæc autem multis in comitijs nubendi facultatem iustissime ademit ijs qui sua sponte altario astringuntur. Legat qui volet decreta sacrosanctorum conciliorum, Africani, Cæsariensis, Mendensis, Carthaginensis, Ancharitani, Toletani, Arelatensis, Gerundinensis. Itemque Calixti, Siricij & aliorum, quæ hactenus latina suscepit & approbauit ecclesia: a qua, nisi nothi malumus quam liberi esse, degenerare non licet citra perpetuam ignominiam. Hactenus enim vniuersæ ecclesiæ latinæ ea concilia probata sunt, cui accessit & consuetudo ipsa, optima iu
Prouer. 3, ris interpres: Operæpretium igitur fuerit audire matris nostræ legem, vt addatur nobis longitudo dierum, & gloria perpetua. Nec ijs ob
1. Timō. 1. stat, quod PAVLVS vult epicopum vnius
Titi. 1, vxoris esse maritum, cum id non ibi agat Paulus, quod somniant Luterani, sed quod Diuus Hieronymus & Ambrosius testantur, nempe ne episcopus, si quando ex matrimonio ad sacrum ministerium assumeretur, id quod sub exordio nascentis ecclesiæ ob ministrorum paucitatem non semel fiebat, esset bigamus aut trigamus, sed monogamus, ne qua incontinentiæ suspicio contra hunc suboriretur. Id si obseruarent Luterani, non tam passim quibusuis

etiam vilissimis scortis, etiam repudiatis, ac viduis cripticis coniugijs copularentur, quanquam non coniugia, sed impurissimi congressus dicendi sint. Quos insuper miror, cur non attendant ad lapidem vnde excisi sunt CHRISTVM, ad Paulum, si CHRISTI innocentiam attingere nequeunt, qui ait: Volo omnes vos sicut me esse: ad IOHANNEM, ad PETRVM, denique ad cæteros omnes apostolos, qui abstinentissimi fuere. Nec vnquam leguntur ad priora cum vxoribus consortia redijsse, sed seipsos propter regnum cælorum castrasse. Si obijcias sacerdotes moderni temporis incōtinenter viuere, atque proinde soluendam legem olim conditam, respondeo, in dispensatione, nō attendēdum quid hominum peccata, sed quid iustitia, quid communis vtilitas, quid necessitas exigat. Quanquam igitur inter sacrificos sint qui fœda libidine oleant, qui incestis manibus sacra orgia contrectent, non est ob id iustissime edita lex, totque concilijs roborata, tantis annorum curriculis recepta, violanda ac infringenda, quin potius cogendi essent sacerdotes ad literarum studia, ad verbi ministerium, & ciborum frugalem vsum, & ita demum cessaret carnis vredo. Sine Cerere (inquit quidam) & Baccho friget Venus. Sic sese castigasse apostolos, sic viros doctrina ac vita conspicuos legimus fecisse, vti carnem in seruitutem redigerent, cœlibemque vitam agerent.

1. Cori. 7.

XXXVI Ministris ecclesiæ tenentur subditi victum & amictum necessarium administrare

In omni lege id exploratum euasit, ut ij qui in sortem domini vocati sunt, quiq; alijs sacramenta administrant, a subditis alantur, eosq; a vectigalibus, & publicis seruitijs, si suo officio fungantur, suaq; sorte contenti sint, seruent immunes. Sunt enim & bona horum, quemadmodum & personæ deo dicata. Iam quod semel deo consecratum est, nõ est amplius ad humanos usus extendendum. Id quod sub lege naturæ obseruauit Pharaon. Dicitur nanq; in ge-
Genes. 47. ne. q Ioseph omnem terram Aegypti subiecit Pharaoni, & cunctos populos eius a nouissimis terminis eius, pręter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis prębebantur, & idcirco non sunt compulsi uendere possessiones suas. Moxq;, Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars persoluitur, & factum est quasi in legem absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditioe fuit. Sic & Christus: Reges terræ a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filijs suis, an ab alienis? Dixit illi: ab alienis.
Matth. 17. Dixit illi Christ9: Ergo liberi sunt filij Sic et Leuitici generis sacerdotes victitabant de decimis, primitijs, oblationibus, & sacrificijs populi, cuius peccata suis precibus comederent. Hinc dicitur, Arietem consecrationis tolles, &
Osee. 4. coques carnes eius in loco sancto, quibus ve-

ſcetur Aaron & filij eius. Panes quoq; q̃ ſunt in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonij comedent, vt ſit placabile ſacrificium. Moxq; de collecta pro oblatione pecunia, ſuſceptamq; pecuniam quæ collata eſt a filijs Iſrael, trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit moni mentum eorum coram domino, & propicietur animabus eorum. Rurſusq; in Leuit. Om̃is maſculus de ſacerdotali genere in loco ſancto veſcetur ijs carnibus, quia ſanctum ſanctorũ eſt. Et iterum: Cunctis filijs Iſrael menſura æqua per ſingulos diuidetur. Dein præcipit, vt Aaron & filij eius, quod reliquum eſt ſacrificij pectuſculum & armũ comedant. Et haud procul a fine: Omne quod domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non veniet, nec redimi poteſt. Quicquid ſemel conſecratum fuerit, ſanctum ſanctorum erit domino. Eadem in Nume. Omnes quoq; primitiæ quas offerunt filij Iſrael, ad ſacerdotem pertinẽt: & quicquid in ſanctuarium offertur a ſin gulis, et traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit Et iterum: Ecce dedi cuſtodiam primitiarum mearum. Omnia quæ ſanctificantur a filijs Iſ rael, tradidi tibi & filijs tuis pro officio ſacerdotali, legitima ſempiterna. Deinde omnẽ me dullam olei & uini & frumenti, vniuerſaq; fru gum initia, quæ gignit humus, dedit Aaron et filijs eius. Itemq;, Filijs autem Leui dedi om̃es decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio, quõ ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione cõ tenti, quas in vſus eorũ & neceſſaria ſeparaui.

Exod. 23. Ibidẽ. 30. Leuitic. 7. Ibidẽ. 10 Leuiti. ul. Numer. 5. Nume. 18.

Idem & in Leuitico haud procul a fine astruitur: Omne quod domino consecratur. Et mox:
Leuit. ult. Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue frugibus, dñi sunt, & illi sanctificantur. Oĩm decimarũ bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabit domino. Quod vero vrbes,
Numer. 35 domosque habuerint ab alijs separatas, ibidem testatur Moses: Præcipe (inquit) filijs Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitãdum, ad suburbana eorum per circuitum vt ipsi in oppidis maneãt, ac suburbana sint pecoribus ac iumentis. Sic & Iosue: Dederũt (in-
Iosuæ. 21. quit) filij Israel de possessionibus suis iuxta imperium domini, ciuitates et suburbana eorum. Dein recenset quo modo singulæ singulis ciuitates sunt distributæ. Ita & Dauid, & Solomõ & cæteri reges dei cultum leguntur cum in ministris, tum in stipendijs necessarijs auxisse, nõ destituisse, id quod supra monstratum est. Proinde & Christus in euangelio ordinauit, vt ij
Matth. 10. qui euangelio seruiunt, de euangelio et uiuant:
Lucæ. 10. Dignus (inquit) est operarius cibo suo, vel mercede sua. Et rursus: Edẽtes & bibẽtes quæ apud illos sunt. Hinc & Paulus: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim
1. Corin. 5 scriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et:
Deuter. 25 Dignus est operarius mercede sua. Et iterum:
1. Cor. 9. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gre-

gis non manducat? Et rursus: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et mox: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit, ijs qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Hic & in primitiua ecclesia multæ mulieres de suis facultatibus ministrabant Christo, id quod in Martha, in Iohāna vxore Chusæ claret. Atque ob id in Actis dicitur: Quotquot autem possessiones erant domorum aut agrorum, vendentes afferebant precium eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem cuiq; prout opus erat. Adde & ijs quod Paulus præcipit episcopo, vt sit hospitalis: id si præstare ac exequi debet, consequitur necessario, eū rerum posse habere administrationem, ut tribuat indigētibus. Ad eum modum sub nascentis ecclesiæ exordium in dei ministros fidelium efferuescebat animus: verum vbi refriguit charitas multorum ecclesiasticorum, vbi amplissimis diuitijs suffarcinati sunt, vbi per luxum, per inertiam, per ambitionem ecclesiæ status corruptus est, perijt & deuotio fidelium. Quāobrem ipsi viderint, quam ansam præstiterint ijs malis, quibus obruimur, qbusq; premimur hisce diebus, suo iudici reddituri sunt rationem. Veniet enim tempus qn dicturus est: Redde rationem uillicationis tuæ. Et iterum: Inutilē seruum proijcite in tenebras exteriores.

matth. 28
Lucæ. 10.
Iohann. 12
Acto. iiij.
1. Timo. 3.
Lucæ. 16

XXXVII Libertas Christiana, quæ ĩ paucis admo dum inuenitur mortalibus, non ademit nos ab obedientia superiorum.

Libertas Christiana ex consummato dominio spiritus oritur, dum spiritus facile imperat carni, dominatur affectibus concupiscentijs malis, & id genus alijs bestialibus motibus q sese aduersus spiritum erigunt. Est autem libertatis Christianæ assertor Christus, cui dum baptismo abluimur, inserimur, atq; inautoramur. Qua itidem fit, vt omnia pacato animo cum commoda tum incommoda feramus, quanq natura phorrescat, non grauatur mortem, non legē, non ceremonias, non inædiā, nō quaslibet ferre miserias, modo adsit gratia corroborans. Hac fit ut homo non sua, sed quæ sunt aliorum spectet. Obsequitur superioribus, modo ea præcipiant, quæ non sunt ex diametro aduersus Christum, quæ non cedant in scandalum pusillorum, in turbationem reipub. Ea libertate subditi expeditissime iussis superiorum obtemperant, non contemnunt dominationem, vt carnales solent, sed metuunt: omnibus enim reddunt debita, cui vectigal vectigal, cui tributū

Roma. 13. tributum. Hac fit, omnia decreta, omnes constitutiones, ieiunia omnia, orationes, cęteraque quæ carnis imbecillitas refugit, toleremus, &

Roma. 8. vt par est faciamus. Qui enim filij dei sunt, ij spiritu dei aguntur. Quod vero non adimat ab obedientia superiorum, vel ex eo constat quod Paulus Christianis, quod antea affirmauit liberos, præcipit uti obsequantur magisttatibus

Omnis(inquit)anima sublimioribus potesta- Rmã.13.
tibus subdita sit, & obedite præpositis vestris,
ipsi enim reddituri sunt rationem pro anima-
bus vestris. Et iterum: Serui obedite dominis Hebre. 13.
vestris carnalibus cum tremore & timore in Ephesi. 6.
simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad Coloss. 3.
oculum seruientes, quasi hominibus placētes,
sed vt serui Christi. Et Petrus non solum pro-
bis, sed etiam discolis præcipit obedientiã. Ita- 1. Petri. 2.
que liquet ijs Christianam libertatem non exi-
mere subditos ab obedientia superiorum, sed
magis subijcere, atque obstringere, vti ex ani-
mo obediant. Siquidem iustus non cogitur le-
ge, sed suapte sponte fertur in id quod iustum,
quod sanctum, quod pudicum est. Iusto em̄ non 1. Timõ. 1.
est lex posita, si quis ea legitime vtatur, sed in-
iustis, non subditis, impijs & peccatoribus, ij-
que maxime subijciuntur gladio, qui obtem- Roma. 13
perare nolunt, qui dominationem contemnũt,
qui carnis libertatem, quo licentius peccent,
prætexunt. Iustus vero quæ iusta sunt exequi-
tur iuste. Neque exigit rationem legis, sed se ad
obediendum parat: non quis dicat, sed quã sa- Deute. 12.
luberrimum sit obedire cõsiderat. Neque etiam
Luteranico more disputat, ubi scriptum est: sed
si præceptum sit, exequitur. Quandoquidem
Christiani hominis est non perquirere, non sci-
scitari cur leges aut constitutiones editæ sint,
sed vt inquit PAVLVS. Quæcunque ve- Philipp. 4
ra, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæ-
cunque sancta, quæcunque amabilia, quæcun-
que bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disci-
plinæ, hæc cogitate, hæc agite, & de' pacis erit

vobiſcum. Itaq; arguendum eſt, nõ cur ſcriptũ ſit, ſed ſi bonum, ſi iuſtum, vt eſt obtemperare prælatis, id agendum, id exequendum. Proinde & illud obſeruandum, libertatem eſſe triplicem: Prima, qua a peccato liberati, in regnũ dei transferimur, qua ſubinde participes fuere patres vtriuſq; teſtamenti: idq; per fidem, qua in vnum ſeruatorem crediderunt, cuius eſt a ſeruitute peccati eripere. Hinc dicit Chriſtus: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſeruus autẽ non manet in domo in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Itẽq; & Paulus: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Hac ita a peccatis abſoluimur, vt nihilo minus ſerui cõſtituamur iuſtitiæ, vt carnem mortificemus, vt veterẽ hominem prorſus enecemus. Hinc Paulus: Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. & iterum: Liberati a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Vos enim in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus dei habitat in vobis. Nõ enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, legis Moſaicæ, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Et paulo ante: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniuſtitiæ ad iniuſtitiam, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Ad idem Galatis: Vos in libertatem vocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem detis carni. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus. Compatitur hæc libertas ſecum carnis tyrannidem, fo-

Iohann. 8. 1. Cor. iij. Rom. 6, 8. Ibidem. Galat. 5.

mitem quidem peccati, naturæ nocētissimum, qua procliuiores semper ad malum sumus quā ad bonum. Qui subinde partim gratia dei, partim carnis mortificatione remittitur, imminuitur, ac vincitur. Testatur id Paulus: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in obsequium peccati. Moxque victricem gratiam indicans, exclamat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum CHRISTVM. Quantum vero ad carnis mortificationem attinet, ita testatur: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et alibi: Mortificate membra vestra quę super terram sunt, fornicationem, immundiciam &c. Itaq; ijs colliquescit, libertatem hanc spiritus, ita hominem inserere Christo, vt nihilo secus seruus sit iustitiæ, obligatus mortificare per ieiunia, per vigilias, per orationes, carnis concupiscentias. Altera libertas est, ab omni miseria, quam non antea adipiscimur, q̄ in regnum illud æthereum, in quo satiabimur a gloria vultus domini, trāslati fuerimus. Verum de hac libertate paulo inferius. Postrema libertate a seruitute crassæ legis absoluimur, quatenns ad crassas illas ceremonias, atque ad iudicialia attinet. Id quod Paulus plenis verbis agit in epistola ad Romanos ad eū modum dicens: Non estis sub lege, sed sub gratia. Et iterum: Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Itaque fratres mei, mortificati estis legi per corpus CHRISTI, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fru-

Roman. 7
1. Cori. 9.
Colloss. 3.
Roman. 6
Roman. 7

ctificetis deo. Sic & ad Galat. Non iustifica-
Gala.2, tur homo ex operibus legis. Lex pædagogus
Gala.3. noster fuit in Christo Iesu. Et quicunque ex operi
bus legis sunt, sub maledicto sunt. State, & no-
lite iterum iugo seruitutis contineri, &: Si cir-
Galat. 5. cuncidimini, Christus nihil vobis proderit.
Vos inquit in libertatem vocati estis. Huius
libertatis et ipse Christus assertor est, quem alí
bi testatur plenitudinem legis, quippe q̃d Chri
sto autore ip̃a lex antiquata sit, crucique affixa:
cessauit enim hæc lex, quatenus ad neomeni-
as, sabbatismos, varia baptismata, & id ge-
nus alia attinet, postea quam Christi gratia in-
notuit mundo. Id est quod toties Paulus legem
sublatam dicit, atque proin̄ Christianos ea mini
me teneri. Quomodo inquit conuertimini iterum
ad infirma & egena elementa, quibus denuo
Galat. 4. seruire vultis? Dies obseruatis & menses & tẽ
pora & annos. Et iterum, Ipse enim est pax no-
stra, qui fecit vtraque vnum, & medium parie
tem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua,
legem mandatorum in decretis euacuans, & rur
Ephesi. 2. sus, Nemo ergo vos iudicet in vllo cibo, aut po
tu, aut in parte diei festi, aut neomenię, aut sab
batorum, quę sunt vmbra futurorum, corpus
autem Christi. Eadẽ agit tota epistola ad He-
bre. His puto satis exploratum euadit, nõ hoc
agere Paulũ, vt legis pręcepta moralia e me-
dio tollat, cum hęc Christus afferat, dicens: Si
vis ad uitam ingredi, serua mandata dei: ne-
que decreta aut traditiones pontificum, cum et
ipse, & cęteri apostoli sua iusserint decreta cu-
stodiri, ut paulo ãte dictum est. Id igitur ijs locis

& similibus astruitur, quo ostēdatur gentes ac Iudæos legi Mosaicæ minime subijci, quandoquidem hanc Christus in suo corpore e medio sustulerit. Frustra igitur Lutherani omnium q viuunt perditissimi, hos locos aduersus patrū decreta obijciunt, quando constat eos multa alia intentione adhiberi per Paulum, nimirum vt regnet CHRISTVS, intereat Moses, abrogetur crassa lex, propagetur gratia. Qui fusius de hac re legere velit, legat Gasperem Sasgerum.

## Liberum arbitrium esse in homine, quo sese generali dei fluxu cooperāte, potest gratiæ accommodare. XXXVIII.

Hominem a brutis separauerunt & ethnicę philosophiæ professores, idq; nō alia re, q̄ aīa, voluntate, ac ratione, qua discernendi eligendiq; studium ac vim quandam habet, adeo cō naturalem, vt si eā e medio sustuleris, rē ipsam sustulisse videbere. Quin si intus et in cute rem ipsam introspexerimus, vis illa, dijudicatoriū quoddam est, nulla alia re ab anima dissectū, quam facultate hoc illudue eligendi, discernēdi, aut prosequendi, nisi obstet, quo minus exequatur quod expetijt. Id quo fiat apertius, hominem sub triplici statu consideremus oportet: Nimirum sub eo statu, quo necdum ductus est in peccati tyrannidem. Verum hunc ille statum, mox vbi dei transgressus legem, inimici suggestionibus assensit, perdidit, non quod totus enecatus sit, sed (vt habet euengelij para-

Lucæ.14. bola) semiuiuus relictus est, læsis videlicet viribus, quibus antea facili quodam ductu ferebatur in superiora. Atqui hic est secundús ille status, calamitosus quidem vel ex eo, quod multis miserijs, insuper & tyrannide carnis detinet hominem alligatum, quanquam non adimat iudicandi discernendique viriculas. Relinquit enim aliquotas ad veri notionem adipiscendam portiones, quas si sineret adolescere, mox in ingentem excrescerent flammam. Iuuatur autem in hoc statu partim natura duce, quamuis non efficaciter, partim gratia & præueniente & cooperante, sed ita, vt nisi ipsius voluntatis accesserit assensio & accommodatio, difficile fuerit assequi quod offert gratia, quod ostendit, quod suggerit. Neque enim vi adigitur, sed suapte spôte eligit id quod proponitur. Hanc sententiam esse euangelicam, verboque dei consonam, eo liquet, quod ho-
Genesi. 3. mo astruitur ad imaginem & similitudinem
Ecclesi. 17. dei conditus, quæ imago non sine iudicio ac electione esse potest, erit igitur libera. Adeo eñi hæc vis voluntatis non est extincta prorsus, ut etiamnum multi philosophorum ea dignati
Roman. 1 sint. Ea enim deprehenderunt inuisibilia dei,
Roman. 2 vt testatur Paulus: Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt
Roman. 1 faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi lex sunt, qui ostendunt opus legis scriptum
Sapien. 23 in cordibus suis. Quod enim notum est dei, manifestum est in illis. Et Sapiens: A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter potuit creator horum videri. In eo statu Noe, Iob, Cor-

nelius, & alij plerique fuere, non modo viri sancti, sed etiam ij qui visi sunt domino aduersari, id quod ex amicis Iob constat, qui quanquã multa perperã obijcerent ipsi Iob, in eo tamen iuste decernebant, quod inquiunt: Nihil in terris sine causa fieri. Item: Non iustificabitur homo comparatus deo. Et item: Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manuum suarum. In quo statu etiam pharisæus euangelicus respondit CHRISTO, sciscitanti vter magis diligere deberet, is cui plus, an is cui minus condonatum esset: Aestimo (inquit) quod is cui magis condonatum est. Moxque Christus indicans, quo iudicio voluntatis hæc pronuntiarit, dicit: Recte iudicasti. En hic pharisæo in iusto iudicatorium quoddam tribuitur a Christo. Eo in statu & orationes Cornelij conscendisse in cælum dicuntur, quanquam necdum CHRISTO initiatus esset. Quo consequitur, non omnia quæ gentes agunt, modo rationis ductum sequantur, esse impia, esse peccata. In hoc statu alij minus, alij magis arbitrij iudicio potiuntur: singuli tamen voluntatis vim ac studium quoddam, licet inefficax, in se experiuntur, modo animaduertant, modo seipsos inhabitent: Accedit ijs quod post lapsum ad concitatum Cainum dicitur: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus tuis peccatum aderit? Sed subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Iam si subter nos appetitio, si & dominabimur, non igitur necessitate adigimur ad

Iob. 5.

Lucæ. 7.

Actorum. 10

Genesi. 4.

malum,non necessitate eueniunt omnia,quandoquidem & subter nos, et per nos nonnihil agendum. Tu (inquit) dominaberis illius. Huc pertinet & illud: Mandatum quod ego præci-
Deute. 30. pio tibi, non est supra te, sed iuxta te est sermo valde, in corde tuo vt facias illum. Considera quod hodie proposuerim tibi vitam & bonū, mortem & malum, vt diligas dominum deū &c. Vt(inquit) diligas, at diligere actus ē voluntatis libere elicientis,non vi adactæ & im-
Ecclesi.15. pulse,alioqui non esset dilectio,sed magis odium.Eo pertinet & illud:Deus ab initio constituit hominem,& reliquit eum in manu consilij sui Adiecit mandata & præcepta sua:si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit aquam & ignem,ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominē vita & mors, bonum & malum.Quod placuerit ei, dabitur illi. Quo loco Sidrach arguit eorum impietatem, qui omnia necessitate quadam dixerunt euenire,subinde & suam culpam perperam reiecerūt in opificem omnis boni deum, quo ipsi viderentur excusati. Quos duobus verbis cōfutat Sapiens,dicēs: Apposuit aquam & ignē & cætera. Ad quod volueris,en liberi arbitrij electio.Sed & illud obseruandum, quod toties scripturæ verbo electionis vtuntur, hominiq; tribuunt eligendi vim.Hinc rursus in Deutero
Deute.26. nomio:Dominum elegisti hodie(obserua verbum indicandi modi) vt sit tibi deus, & am-
Iosuæ ult. bules in vijs eius, & custodias mandata eius, atque iudicia.Sic Iosue: Nunc ergo timete do-

minum, & seruite illi perfecto corde & verissimo. Sin autem malum vobis videtur vt domino seruiatis, optio vobis datur. Moxq; Eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis, vtrum dijs quibus seruierunt patres vestri, an dijs Amorrhæorum. Et paulo post sequitur, quod elegerunt seruire domino deo. Simile quid in Dauide legis: Trium (inquit Gad propheta) tibi optio datur, elige quod volueris ex eis, vt faciam tibi. Aduerte hic quid verbo optionis importetur, nimirum non coactio ineuitabilis, sed electio libera ac spõtanea, qua hoc vel illud eligere conceditur. Vbi & illud adijciendum, quod in Regum volumine quarto dicitur: Omnem pecuniam sanctorum, quę illata fuerat in templum domini, a pretereuntibus quæ offertur pro pretio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum domini, accipiãt illam sacerdotes iuxta ordinem suum. Obserua hic quod arbitrio cordis ac spõte oblatam pecuniam testatur. Id cum verum sit, cur Lutherani oblatrant arbitrij vim nullã esse, sed omnia necessitate fieri? Sic & in Numeris: In arbitrio viri erit, vt faciat vel non faciat, quo obstricta est vxor iuramento. Adde ijs quod scripturæ toties homini tribuunt posse quoddam ac conatum. Posse autem conuertere, non conuertere: agere, vel non agere: eligere, vel non eligere, non necessitatis, sed arbitrij est. Dicitur enim de viro sancto. Qui potuit trãsgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Testatur itidem Isaias: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego vo

2. Reg. 24.
4. Reg. 12
Nume, 30.
Ecclesi, 31,
Isaiæ, 56,

Ieremi. 8. lo. Et Ieremias: Fecistis mala, quoniam potui-
1. Corin. 7 stis. Et Paulus: Qui statuit in corde suo firmus,
non habens necessitatem, potestatem autem
habens suæ voluntatis. Et iterum, & quid vo-
luntas possit, & quod gratia efficaciter coope-
retur, ostendit: Velle adiacet mihi, perficere
autem non inuenio. Et iterum: Vnusquisque
Roman. 7 prout destinauit in corde suo, non ex tristitia,
2. Corin. 9 aut ex necessitate. Hilarem enim datorem di-
ligit deus. Audis rursus, non necessario, sed con-
tingenter in corde destinari, &cætera. Adde ijs
Dauidem: Quis est homo qui vult vitam, dili-
git dies videre bonos. Et Sapiens: Substantia
Psalm. 33. tua, dulcedinem tuam quam in filios habes,
Sapien. 16 ostendebat, & deseruiens vniuscuiusque vo-
luntati, ad quod quisque volebat, conuerteba-
tur. Si conuertebatur ad id quod volebat quis-
que, non iam necessitate, sed arbitrij libertate
ducebatur. Id quod alibi Dauid testatur: Vo-
Psalm. 50. luntarie (inquit) sacrificabo tibi. Et Paulus:
Hebræ. 10 Voluntarie enim peccantibus nobis. Et ite-
rum ad Philemonem: Sine consilio autem tuo
nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate
bonum tuum esset, sed voluntarium. Acce-
dit quod toties CHRISTVS, quasi in
nostra potestate positum sit sequi, diligere, sur-
Matth. 16. gere, imitari dicit. Si quis vult post me venire.
Matthæ. 6 Itemque: Quæ vultis vt faciant vobis homi-
nes, & vos facite illis. Iam & illud annotan-
dum, si nulla est vis liberi arbitrij, frustra con-
siliamur, frustra & consulimus, cum omnia
velimus nolimus eueniant. Id quod non mo-
do scripturis, sed etiam experientiæ refraga-

gatur. Solomon enim inquit: Salus vbi multa consilia. Et: Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Consiliari autem non est de impossibilibus, aut necessario futuris, sed de ijs quæ aliter atque aliter euenire possunt. Itaque relinquitur, non necessario omnia per nos, sed contingenter fieri quædam. Ita non necessario conuertimur, sed siquidem collibitum fuerit, non coacte pulsamus, sed sponte, sic non deo cogente & abigente nos ab ipso auertimur, sed nostra ipsorum temeritate, socordia, infirmitate. Id est quod in Apocalypsi testatur Iohannes: Ego sto ad ostium & pulso, si quis audiuerit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum. Iterum aduersus Iezabelis induratum animum: Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere a fornicatione sua. Sic & CHRISTVS: Quoties volui congregare filios tuos sub alas, & noluisti. En ex nobis perditio nostra, non igitur ex deo, vt fingunt Lutherani, qui deum omnium malorum faciunt autorem. Quandoquidem vt optimus est, ita non nisi optima vult deus: Non deus e͞m iniquitatem volens tu es. Ad idem tot expostulationes, tot exhortationes, tot monitiones, minæ, quæ vniuersa frustra essent, si nihil per nos præstari posset: Surge (inquit Paulus) qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te CHRISTVS. Surgere fit per liberi arbitrij erectionem, cooperante gratia. Eo pertinet & illud: Præparate viam domino. Rursusque Paulus: Si quis emundauerit se ab istis, erit

Prouer. 11
Ibidem.
Apocal. 3
Ibidem. 2
Matth. 23
Oseæ. 13
Psalm. 5
Ephesio. 5
Amos. 3
1. Regũ. 7.

vas in honorem & vtile domino ad omne op⁹ bonum paratum. Habes ijs locis manifestam libri arbitrij vim ac potestatem aliquotam. Quanquam ea potestas, isq; conatus non possit efficaciter ac sufficienter sese gratiæ accommodare, si tamen præstiterit id quod in se est, satis fecisse videbitur, tumq; aderit illi cooperãs gratia. Prope enim est dominus oĩbus inuo.
Psal. 144. eum in verit. Spiritus enim adiuuat infirmitatem nostram.

XXXIX Vota monastica non oppugnant, sed promouent veram spiritus libertatem, atque ob id tyranni sunt, qui monasteria destruunt.

Recte atq; ordine posteaquam de libe. arb. disseruimus, locos aliquot ĩ medium duximus proferendos, quibus votorum redditionem cõmonstremus. Siquidem is qui uouet, nisi sua spõte ducatur, stultissime agit, q ea voueat quæ non intelligat, quæq; vel seruatu sunt impossibilia, vel vergunt in deteriorem animi exitũ. Votum enim debet esse licitum, non destruens sed promouens spiritus libertatem. Atqui si ea promittantur, quæ aut verbo dei pugnent, aut in deterius vergant, non promouent, sed destruunt veram Christianam libertatem, atq; ob id rescindenda. Erunt autem licita, erunt & possibilia, deoq; accepta, si ea Christus consulat, si Paulus ea promoueat, si cæteri apostoli amplectantur, deniq; si spiritus sanctus ea suggerat, cuiusmodi sunt ea consilia, quæ circa pauperta

tem,obedientiam,ac castitatem versantur: q̃ quanquam carni pugnent, ea tamen spiritus amplectitur quasi salubria, & iter ad beatitudinem expedientia, quibus & Christus adest vt exequantur suo præsidio, suaq; gratia. Sic adfuit Pauli infirmitatibus,quando dixit,Sufficit tibi gratia mea. Item, Omnia possum in eo qui me confortat Christus.Sic adest et omnibus ad ipsum confugientibus,eumq; in veritate precantibus. Proinde quod nonnulla vota ex ijs proueniant, quæ a Christo consuluntur, quæq; libero arbitrio subijciuntur, ex eo cõstat quod in Matthæo ad eum modum dicitur de castitate, Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum dei.Qui potest capere,capiat. Et Paulus, De virginibus præceptum domini nõ habeo,consilium autem do., tanquam misericordiam consecutus a deo,vt sim fidelis. Et iterum, Qui non iungit virginem suam matrimonio,melius facit. Audis hic penes arbitrij libertatem relictum, si quidem velis te perpetuæ continentiæ deuouere,castrare. Consilium enim dans,indicat rem factu possibilem,nam circa impossibilia,nulla fit consultatio, proinde quod semel factum est, non erit prorsus impossibile. Atqui Christus plenis verbis testatur quosdam se castrasse.Non igitur impossibile factu.Ita & de uoto paupertatis,quod de ijs emittitur, quæ superfluunt.Hinc dicitur, Adhuc vnum tibi deest,si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ possides.Ita & de obedientia, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum,& tollat crucem suam, & sequatur

2.Cor. 11.

Lucæ.11.

Matth.19.

1. Corin.7

Marci. 6

matth.16.

me. Audis hic in hominis potestate positum, si quidem velit: velle autem non sine assensu, renutu, vel nutu est voluntatis. Erit igitur rursus non coacta, sed spontanea voluntas. Quo fit, vt quod volens pollicita est, quoue sese sua spõte astrinxit, id vt reddat oportet, modo liceat, deceat, atq; expediat, id quod Ieremias indicat: Iurabitis (inquit) dicit dominus, in iustitia,
Ieremi. 2. iudicio, & veritate. Eiusmodi vota non semel scripturæ sanctæ seruanda præcipiunt. Inquit Moses. Cum votũ voueris domino deo tuo, nõ tardabis reddere, quia requiret illud dominus
Deuter. 23 deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo, & propria volũtate & ore lo-
Numer. 6. cutus es. Ita & Nazaræi sua præcipiuntur vota reddere: Vir siue mulier, cum fecerit votum vt sanctificentur, & se voluerint domino consecrare, a vino & omni quod inebriare potest, abstinebũt. Atq; mox: Ista est lex Nazaræi, cũ vouerit oblationem suam dño tempore consecrationis suæ, iuxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionẽ sanctificatiõis suæ. Itẽq;:
Nume. 30. Si quis votum domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omẽ quod promisit, adimplebit. Et Da-
Psalm. 75. uid: Vouete & reddite dño deo vestro. Quove
Psalm. 65. modo reddenda, alibi expressit: Tibi reddam vota mea quæ distinxerunt labia mea. Et rursus: Vota mea domino reddam in cõspectu timentium eum, omnisque populi eius. Et Solo-

mon: Vota iustorum placabilia, abominatio eſt dño via impij. Ruina eſt homini deuotare ſanctos, & poſt vota retractare. Hoc obſeruēt qui vota peregrinationis differunt reddere. At idē: Si quid vouiſti deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio, ſed quodcunq; voueris redde. Audis vbiq; per dei verbum vota ſtabiliri. Quocirca ſatis mirari nequeo, quid ſuo creatori reſponſuri ſint, qui ſe ſe cripticis ac caninis connubijs iunxerūt, mo naſticen antea profeſſi. Quodcunque enim dicens nihil excludit. Porro & Iſaias eccleſię tempus deſignans, ita dicit: Cognoſcent Aegyptij dominum in die illa, & colent eum in hoſtijs & muneribus, & vota vouent domino, & ſoluent. Sic & Paulus adoleſcentularum trāſgreſſionem, quæ ſeſe domino deuouerant, damnās dicit: Adoleſcētiores viduas deuita: cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Ecce quę pacta continentiæ irrita fecerunt, damnatæ ſunt, ac proſcriptę nimirum a deo optimo max. ac vnica ſua eccleſia. Viderint hic, qui perfricta fronte omnia vota, omnia iuramenta, ac pacta humanæ ſocietatis reſcindunt, neque deo optimo, neque pontifici huius vicario, neque imperatori Carolo quinto inuictiſſimo fidem ſeruantes. ſed per nefas omne, per temulentam tyrannidem omnia vota temerant, eijciunt ex monaſterijs conſecratas deo virgines, ſtuprant, violantque templa illa viua ſpirituſſancti, monaſteria, redditus, poſſeſſiones, deniq; quicquid ſemel deo di-

Prōuer. 15
Ibidem. 20
Eccleſi. 5.
Iſaiæ. 19
1. Timo. 5.

catum est, in suos vsus profanissimos conuertunt. Id quod nuper in nonnullis partibus Germaniæ accidit. Adeo enim inualuit tyrannis, adeo crudelitas principatum obtinuit, ut suapte temeritate omnem ecclesiasticum ordinē immutarint, contra Cæsariæ maiestatis edictū contra ipsissimum dei verbum: neq; enim dei verbum hominibus aufert, sed largitur bona. Hi vero omnia etiam sacra vasa polluunt, vt interim sileam quanta impietate sacramenta tractent, diripiant: inq; scortorum ac exititiorum monachorum perditissimos abusus conuertunt. Testatur id liber quidam theutonicus nuper Marpurgi editus, testantur & facta ipā, testatur & multarum virginum exilium. Verum quid ijs futurum sit, exemplo discant Baltasaris, qui vasis sacris in profanis mēsis vtēs, horrenda visione exterritus est. Inquit enim textus, In eadem hora apparuerunt digiti quasi hominis scribentis contra candelabrum in su-
Daniel. 5. perficie parietis aulæ regiæ. Hæc est autē scriptura quæ digesta est, Mane, Thetel, Phares, & hæc interpretatio sermonum, Mane numerauit deus regnum tuum, & compleuit illud, Thetel, appēsus es in statera, & inuentus es minus habens, Phares diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Eadem nocte interfectus est Baltasar, id quod breui ijs occupatoribus Luteranæ factionis futurum est: dum enim putant sibi omnia subiecta, eijcientur, destruentur, & nomen eorum in ęternum delebitur, nec memorabitur vltra. Sic & Achab vbi agrum Naboth inuasit: viro iusto per ca-

lumniam occiso, obiurgatur, Occidisti insuper
& possedisti. Et post hæc addes, In loco hoc in 3.Reg. 21.
quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lam
bent quoq; sanguinem tuum. Id quod & mox
impletum a deo refertur, adeo vt etiam min-
gentem ad parietem occiderit Iehu. Non secus
Heliodoro, & Antiocho euenit, quorum flagi
tia mox diuina ira secuta est, Iudæosq; a tyran
nica persecutione vindicauit. At inquiunt elee
mosynis monasteriorum erigere volumus cō-
mune ærarium, erigere volumus scholas publi
cas, lapsus sum, dicere debui hæreticorum con Prouer.3.
ciliabula. Verum quo verbo? qua autoritate? Tobic. 4.
Siquidem commune ærarium de rapina pau-
perum non est erigendum. De tua substantia
fac eleemosynam, inquit sapiens, alioqui im-
molantis ex iniquo oblatio est maculata, &
non sunt beneplacitæ subsannationes iniusto-
rum. Dona iniquorum non probat altissimus, Ecclesi. 34
nec respicit in oblationes iniquorū, nec in mul
titudine sacrificiorum eorum propitiabit pec
catis. Qui offert sacrificium ex substantia pau
peris, quasi qui victimat filium in conspectu
patris sui. Neq; igitur ex pauperum eleemosy-
nis erigendum est gazophylacium publicum,
sed ex proprijs possessionibus diuenditis ac di
stributis. Sic in actis apostolicis, Ioseph qui co
gnominatus est Barnabas ab apostolicis, Le- Actuū. 4.
uites, Cyprius genere, cum haberet agrum, vē
didit eum, & attulit pretium, & posuit ante pe
des discipulorum. Non (inquit) abstulit alienas
possessiones, & distribuit, sed habens agrum,
nimirum proprium, Quod vero inquiunt, sese

Quod vero inquiunt, sese scholas publicas erigere ad ingenuas literas teneræ iuuentuti inculcandas. Ego mallem in perpetuum ignarus literarum esse, quam in eiusmodi latebris doceri. Quippe in qua sunt magistri mendaces, schismatici atque hæreticissimi rectores. Quis enim sine & vitæ & animæ periculo ab ijs rectoribus discere possit, qui in fide naufragium fecerunt, qui in Christi verbum sunt blasphemi, in deum impij, fœderis pactique cum deo in monastice icti nescij? Proinde vniuersitates, publicæque scholæ sine principis autoritate erigi nõ possunt. Nomine autẽ principis, pontifex summus & imperator intelligitur. Vterque vero eiusmodi erectionem prohibuit, interdixit. Iã sit princeps Hassiæ memor verbi dei, quo di-
Roma.13. citur: Omnis anima sublimioribus potestati-
Hebræ.13. bus subdita sit. &: Obedite præpositis vestris.
alioqui id sibi futurum est quod Ecclesiasticus
Ecclesi.10 dicit: Initium omnis peccati, est superbia. Propterea exhonorauit dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Sedes ducum superborum destruxit, & sedere fecit mites pro eis. Terras gentium euertit dominus, et perdidit eas vsque ad fundamentum. Demum scripsi de hac re pleraque multa duobus libellis editis aduersus impia Francisci Lamberti commenta, qui volet legat. Volo tamẽ vnum obseruarent monachismi professores, ne tam auaritiæ dediti, agrum ad agrum, domum ad domum, possessiones ad possessiones coacervarent, paucis pro sui status conditione contenti, meminerint sese paupertatem, non diuitias

professos. Sed proh dolor multorum mercatorum negotiationes, obliti professionis suæ, superant, ita vt vix vestigium deprehendas in horum vita, quod vere CHRISTVM, quod Pauli penulam, Petri nauim, spiret. Aduersus quos CHRISTVS: Væ qui comeditis domos viduarum. Et Paulus: Nemo militans deo, immisceat sese negotijs secularibus. Dici volunt hospitales, sed in eos sunt misericordes, qui rependere possunt, qui adulari possunt: in eos maligni qui a veritate stant, odioque prosequuntur, clamore ac indignatione, si vel generatim eorum vitia tangantur. Math.25. 1.Timo.2.
Iam & illud dolendum, quod pauci ex tam multis sunt, qui scripturis sanctis operam omnem nauare studeant, frequentiores culinæ, quam bibliothecæ. Itaque multiplicant gentem, sed non magnificant lætitiam. Porro & inter mendicantes sunt, qui sub mendicitatis prætextu omnes terras percurrant, quodque & iure pontificio prohibitum est, duobus saccis molant, altero mendicitatis, altero redditūum, vtroque autem pertuso. Nunquam enim dicunt sufficit, etiamsi Iordanis in horum voraginem influeret. De malis loquor, bonos non lædens: & generalis de vitijs disputatio, ad nullius hominis pertinet iniuriam.
Scio & optimos cum Augustino, Benedicto, Dominico, Francisco, in monastice esse, & viros tum vita tum eruditione præclaros. Verum eiusmodi narro vti sibijpsis hisce temporibus consulant, seque ipsos inhabitent, meminerint quid deo, quid hominibus, quid suæ

professioni debeat. Et si quid corruptum, si qd collapsum, si declinauit alicubi amussis, per cõgruentia media reformetur, perque legitimam autoritatem restauretur. Nec prorsus monachismus tollatur per tyrannidem, ut alicubi attẽtatũ est, sed sublatis abusibus, res ipsa atque status sit integer, sit incorruptus. Alioqui nisi nos ipsos iudicemus, a domino iudicabimur. Necesse enim est ut iudicium incipiat a domo dei.

1. Cor. 11.

XLV

## Ad laborem cogendi sunt mendici validi, qui neque deo seruiunt, neque reipublicæ, aut alias necessitate adacti mendicare coguntur.

Dixi paulo ante, rem esse omnium gratissimam, eleemosynas largiri, iisque aliorum resarcire inopiam. Testantur id sacræ scripturæ: Nõ deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum egeno & pauperi, qui tecum versantur in terra. Verum cum multi reperiantur, qui otio malo tota vita torpeant, perque terras, perque mare vagantes, pharmacopolarum more, expiscãtur oĩa, exhauriunt omnia, modo blanditiis, modo precario infimæ plebi imponentes: quodque omnium est nocẽtissimum, sub mendicitatis forma nonnunq̃ hostem perniciosissimum gerẽtes, latrones, fures, ciuitatum terrarumque proditores. Itaque consultum vellem reipublicæ, uti corpore vegeti, integri ac fortes, congruentibus subiicerentur laboribus, & nihilo secus qui orbati essent membris, vel ob Christum spontaneam

Deute. 15.

paupertatem professi, aut alias patria pulsi, cæde, incendio, bellorumq; tumultu conquassati, pro charitatis lege nutrirentur. His enim maxime debemus, qui maxime indigent, cæteris eodem modo sese habentibus, quiq; Christo seruiunt die noctuq;. Nam si spiritualium eorum sumus participes, parum est ijs impēdere res caducas ac pene nullas. Equidem ij suis precibus, suisq; flagrantissimis desiderijs, nobis iratum iudicem placant, nobisq; subueniunt. Ex quorū albo sunt qui in monasterijs deo sua vota quamaccuratissime reddunt, totos dies, totasq; noctes apud dei maiestatem interpellāt. Hi siue eleemosynis, siue redditibus competentibus, ac stipendijs publicis alātur, digni sunt. Dignus (inquit Christus) est oparius cibo suo. Atqui pro ijs Paulus dicit sibi curam demandatam. Quam & diligentissime exhibuit, id quod supra monstratum est. Proinde hic labor optimus est. Optimam enim partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea. Alter labor in verbi dei studio, ac prædicatione consistit, ad quem cogendi sacerdotes, & cæteri religiosi. Hinc de episcopis dicitur: Oportet enim episcopum esse irreprehensibilem, vnius vxoris uirum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem. Itemq;: Dum venio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Omis enim scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Dein hortatur eundem Timotheum, vt prædicet opportune, impor-

Roma. 15.
Matth. 10.
Lucæ. 10.
1. Timo. 3.
1. Tim. 4.

O

tune, in omni patientia & doctrina. Verum hæc sine literarum studio fieri nequeunt commode, atque proinde opera danda bonis & sanctis studijs. Potens enim debet esset in doctrina secun

Titum. 1. dum fidelem sermonē exhortari, & eos qui cō

Malach. 2 tradicunt arguere. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent ex ore eius. Verum de ijs alias. Tertius denique est labor, quo nonnulli administranda republica occupantur adeo, vt vix sit aliquod exercitium magis dispendiosum, quam publicis inseruire munijs. Hi si non sua commoda spectent, sed communem patriæ, ciuitatis, populique vtilitatem, dubio procul rem omniū faciunt deo gra

Deuter. 16 tissimam. Sic olim Moses constituit iudices ac magistros, in omnibus portis, per singulas tri-

Roman. 13 bus, vt iusta decernerent, neque in alteram par-

1. Timo. 1. tem declinarent. Huc etiam pertinet ille labor quo principes pro fidei patriæque defensione suscipiunt arma, coercent pertinaces, plectuntur sontes, fures, latrones, ac cæteros in quos gladij exercere possunt vsum, immorigeros, de quibus mox pauca suo loco dicentur. Postremo labor quispiam est, quo quisquis arte aliqua mechanica, vt vocant, sibi victum vestitumque conquirere debet, qui alioqui non habet occupationes vtiles, quibus iuste negotietur, viuat, ac sustentetur, nisi sacris (vt diximus) addictus fuerit altaribus, aut alias pro republica occupatus. Huic labori incumbant oportet, qui agricolas, qui vinitores imitari volunt, ne otiosi panem manducent, cum omnium malorum origo sit otiositas. Hinc enim luxus, hinc

cædes, hinc aduersus magistratus machinationes, hinc ciuitatum, vrbiumque populationes, defectionesque. Quinetiam quod magis est, hinc latrocinia, proditiones, furta, cæteraque innumera mala. Hinc toties scripturę laborem corporalem præcipiunt: Labores (inquit Dauid) manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouellæ plantationes. Et Iob: Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Eo pertinet & illud: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Itemque & illud: Vsquequo piger dormis, paululum conferes manus tuas vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet a te. Et rursus: Abscondet piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Et iterum: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo in æstate, & non dabitur illi. Et mox: Omnis piger in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mendacij, uanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Itemque: Desideria occidunt pigrum: Noluerunt enim quicquam manus eius operari. Et Ecclesiasticus pulcherrime atque exactissime describit, quonam modo eiusmodi malo otio torpentes tractandi sint, dicentes: Cibaria & virga & onus asino, panis, & disciplina & opus seruo. Iugum & lorum curuant collum durum,

Psalm. 127
Iob. 5.
Genesi. 3.
Prouer. 6.
Prouer. 19
Ibid. 20.
Ibidem. 21

& seruum inclinant operationes assiduæ. Ser-
Ecclesi 33. uo maleuolo tortura & compedes, mitte illum
in operationem ne vacet: multam enim mali-
tiam docuit otiositas. In opera constitue eum:
sic enim condecet illum. Audis hic quo modo
habenda est ratio eorum, qui per inertiam oti-
ari volunt. Hinc toties Paulus laborem manu
arium inculcat, toties hortatur, ut quisquis pro
status sui conditione otium malum vitet: Qui
furabatur (inquit) iam non furetur, magis au-
Ephesi. 4. tem laboret manibus suis, operando id quod
bonum est, vt habeat vnde tribuat necessita-
tem patienti. En causa laboris. Et iterum: La-
borantes manibus nostris, ne quem vestrũ gra
1. Corin. 4 uaremus. Hinc & arte scenofactoria nonnun-
Actorũ. 18 quam sibi victum parabat. Sic olim Noe, sic
Abraham, sic Iacob, Iob, ruri pecuariæq; rei
deditissimi erant. Itidemq; & apud Romanos
innumeri erant, quorum alij ruri dediti erant,
alij rei pecuariæ, alijs item alij artibus conqui-
rebant uictum. Atq; ex ijs consectarium est, nõ
omnem mendicitatem probari, nec omnibus
qui mẽdicitatis prætextu per terras, perq; pro
uicias vagant, eleemosynasq; desiderãt, mox
esse easdem largiendas: sed da misericordi, in-
Ecclesi. 12. quit Sapiens, & ne susceperis peccatorem.

XLI. Diuorũ corpore exutorũ intercessio pro nobis apud clementissimũ deum, credenda necessario.

Credere sanctorum communionem hacte-
nus pro fidei articulo receptum est, adeo ut nul
lus vnquam nisi hæreticus id inficias iuerit.

Atqui vt alter pro altero intercedat, ex communi charitate, qua membra inseparabili nexu copulantur, proficiscitur. Erit igitur & id ipsum in ordinem articulorum fidei referendū. Esto enim, CHRISTVS sit mediator primææ salutis, qui semper viuens est intercedere pro nobis, qui fecit vtraque vnum, id quod illi soli ferimus acceptum: voluit tamen nonnullos esse huius salutis promotores, ac veluti cooperatores, vt Pauli vtar verbis: Cooperatores (inqt) dei sumus, & adiutores sumus gaudij vestri, non quod seipso non posset omnia efficere, sed vt pulcherrimus ille ordo seruaretur, quo cuncta subsistunt ac moderantur. Quo insuper inferiora a superioribus diriguntur, medijs congruentissimis, quo amicus amici vice apud regem interpellat: est enim intercessio, alterius causam vicemque apud potentiorem agere, non secus atque caduceatores partium, qui pacis fœdera tractare solent. Principio igitur intercessores habemus ipos angelos, qui salutis nostræ sunt baiuli. Omnes enim sunt administratorij spūs missi propt̄ eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Et Dauid: Angelis suis deus mādauit de te, ut custodiāt te in omnibus vijs tuis. Sic & angelus Tobiæ: Quando orabas tu cum lachrymis, & sepeliebās mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino. Idem testatur Iohannes in Apocalypsi: Angelus stetit ante altare, habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt illi in-

1. Cor. 3

Philipp. 1

Hebræo. 1

Psalm. 90.

Tobiæ. 12.

Apoca. 8.

censa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureū quod est ante thronum dei. Et ascendit fumus aromatum de orationibus sanctorum de manu angeli corā dño. Iam cum sancti in cælo sint angelis adsimiles dei, consequens erit & hos pro nobis intercedere, proq; nostris erratis patri supplicare. Proinde Christus iureiurādo pollicitus est, sese preces exauditurū eorū, qui in noīe suo petunt. Atqui sanctos in Christi nomine petere compertū satis habemus. Iam verba Christi nō possunt nō esse uera, quibus dicit: Amen amē dico vobis,
Iohan. 15. quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vobis inquam, qui estis in me. Ob
Iohan. 14. id præmisit, dicens: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis, petetis, & fiet vobis. Sūt autem sancti in Christo, cuius verbo & nutriuntur & pascuntur. Nam qui manet in me, & ego in eo, hic fert
Iohan. 15. fructum multum, atque ob id quicquid petierint in Christi nomine, fiet illis, siue mors, siue vita, siue infirmitas fuerit, immo si plagas varias deprecentur, non possunt non exaudiri ab eo, qui dixit: Signa eos qui in me credunt, hæc sequentur: Serpentes tollent, linguis loquentur
Marci ult. nouis, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Neque enim morte hæc potestas, hæc q; interpellandi facultas adimitur, sed roboratur
Iohan. 16. atq; obfirmatur magis, id est quod CHristus testatur: Venit hora in qua non iam in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et mox: Et non dico vobis, quia ego ro

gabo patrem pro vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis. Hic palam habes, sanctos siue in corpore, siue corporibus exuti sint, neq; enim Christus distiguit, in æterno illo die consummatæ felicitatis, adeo patri adamatos, vt etiamnum eos ad interpellandum admittat: In illo (inquit) die, cum palam annunciabo de patre, cum videritis deũ sicuti est, in nomine meo petetis. Iam & illud annectendum, quod sancti sunt membra nostra, atqui membrorum eiusdem corporis est mutuum succurrere, mutuoq; quoad possunt suppetias ferre. Sunt enim membra inuicem solicita. &, Alter alterius onera portate. Erunt igitur sancti pro nobis soliciti, nostraq; vice apud patrem funguntur, vti & nos ocyus æthereis sedibus inferamur. Id quod & Lucas testatur: Facite (inquit) vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, ipsi recipiant vos in æterna tabernacula. Obserua hic quod dicit, ipsi amici de quibus estis bene meriti: Petrum loquor, Iohannem, Franciscum, Vrsulam, recipiant vos in æterna tabernacula, quod tum fit, si qñ suis precibus nobis gratiam impetrant. Sunt enim amici vtrinq;, cum dei, cui ardentissimo amore adhærent, atq; ob id negare nequit interpellatus, libẽter enim suos agnoscit, tum nostri, quibus per charitatem perfectionis vinculum coniuncti sunt, atq; ob id non possunt non intercedere pro nobis, modo & nos ipsos adeamus & interpellamus, iuxta euãgelij parabolam: Si amicus nocte uenerit petens sibi mutuo dari tres panes, Amen dico vobis, surget & da

1. Cor. 12.
Galat. 6.
Lucæ. 16.
Lucæ. 11.

bit quotquot sunt necessarij. Durat enim in eis
1. Cori. 13 charitatis affectus, teste Paulo, Charitas num
Roman. 8 quam excidit, quo & mouentur cum in deum
tum in nostram miseriam, a qua cupiunt nos
Sapien. 1. liberari. Ipse eñ spiritus postulat pro nobis ge-
mitibus inenarrabilibus. Quo fit vt quanquã
corporalem molem, quæ aggrauat animam,
deposuerint, non tamen deposuerunt affectum
illum, quo erga nos feruntur, alioqui non iam
sancti, non iam diui, non iam beati, sed impij,
sed dæmones, sed infelicissimi essent. Eo igit af
fectu volunt nobis bona, cupiunt nostram cõ
summatam felicitatem, nostrumq; profectum,
Psalm. 20. id quod uere interpellare dicitur. Ob id Dauid
Psalm. 21. desiderium eorum attulit eis. Rursusque: Pro
hac orabit ad te omnis sanctus in tempore op
portuno. Quis enim nisi totus vecors esset ani
moq; inops, audeat asserere, Mosen affectum
illum mitissimum deposuisse, quo sepicule er-
ga populum mouebatur, adeo vti non cessa-
ret ab interpellando, nisi numen rursus placas-
set? Sic Dauid, sic Petrus, sic Paulus, ita & Ti
motheus, et alij quos non semel legimus pro ali
orum salute dei clementiam deprecatos: Adde
& illud, quod diuorum mens, diuinæ volunta-
ti oportet vt sit conformis. Atq; diuina volun-
tas nostrum reditum, nostram conuersionem,
fidem, deniq; quicquid ad felicitatis consum-
matæ pertinet statum, desiderat, huic autem
non possunt non cõformari sancti corporibus
exuti. Id vbi faciunt, faciunt autem perpetuo,
pro nostris necessitatibus, proque nostra salute
intercedunt, quem affectum, quod desiderium,

quod velle, non poteſt non probare deus. Id e-
nim pollicitus eſt ſeſe olim præſtaturum. Hinc Proue. 10
dicitur, deſiderium ſuum iuſtis dabitur. Et ite- Pſalm. 10.
rum Dauid: Deſiderium cordis eius tribuiſti ei
domine, & voluntate labiorum eius non frau
daſti eum. Accedit quod deus promiſit ob pa-
trum merita, vel peccatis ignoſciturum, vel
gratiam collaturum. Quin etiam non ſemel
ad ſanctorum nos preces miſit. Sic in Geneſi di Geneſ. 40
citur, Quod Iacob dixerit: Et inuocetur nomen
meum ſuper vos, & nomina patrum meorum
Abraham & Iſaac. Et iterum Moſes: Memen
to domine Abrabam, Iſaac & Iacob. Sic &
Iob: Ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holo- Exodi. 19
cauſtum pro vobis, & faciem eius ſuſcipiam, Iob. 42.
vt non imputetur vobis ſtultitia. Et paulo poſt
dicitur dominum ad pœnitentiam Iob & ſa-
crificium conuerſum, amicorumque pecccata
condonaſſe. Eo pertinet & illud, Voca ſi quis Iob. 5.
eſt qui reſpondebit, & ad aliquem ſanctorum Baruch. 1.
conuertere. Et Baruch, Domine omnipotẽs de
us Iſrael audi nunc orationem mortuorum Iſ-
rael & filiorum ipſorum. Neque enim ſemel legi Ibidem.
mus deum ob merita aliorum, atque præſentiã
ſacrarum rerum vel placatum, vel alijs donis
cum corporis tum animæ multiplicaſſe homi-
nes. Hinc ob arcæ domini præſentiam, benedi
xit domui Obededom. Non ſecus facit & iiſce 2. Reg. 6
temporibus, vbi plerunque rebus ſuccurrit de p-
ditis ob corporalem diuorum præſentiam. Sic
& alibi aduerſus Solomonem dicitur, Quoniã
habuiſti hoc apud te, et non cuſtodiſti pactum
meum et prꝫcepta mea, quꝫ mandaui tibi, diſ 3. Reg. 11.

O v

rumpēs ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Veruntamem in diebus tuis non faciam illud propter Dauid patrem tuum. Item ꝗ: Propter Dauid dedit ei dominus deus ſuus
Iſaiæ. 37. lucernam in Hieruſalem. Et Iſaias: Protegam ciuitatem iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Moxꝗ: Dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, vt ſcias, quia ego dominus deus Iſrael,
Ibidē 43 propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electū meum. Ex omnibus hiſce facile colligi datur, clementiſſimum deum ita ſeipſo adminiſtrare omnia, vt nihilo ſecus & ob proborum virorū preces nonnihil præſtare velit. Quantum vero ad miraculorum gloriā, qua illuſtrati ſunt, vel ex euangelio conſtat, non enim enim ſemel teſtatur Chriſtus ſeſe eos, qui in ſermone ſuo per manſerint, miraculis declaraturum. Atqui ſan
1. Iohan. 4 ctos in Chriſto eſſe exploratiſſimum eſt: Deus
Iohan. 17. enim charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et iterum: Hoc rogo, vt ſint vnum ſicut & nos vnū ſumus. Sunt igitur ſancti in deo. Atqui ijs promittit miraculorum potētiam: Signa (inquit) eos qui in me cre
Mar. ulti. dunt, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia
Iohan. 14. eijcient, linguis loquentur nouis. Itemꝗ: Amē amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado, & quodcunque petieritis patrem, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. Itaque hac poteſtate nuſquam legimus eos ſpoliatos. Quandoquidem ea cedat in maximum catholicæ fidei robur, conſolati-

onem fidelium, ac confutationem eorum qui aduersabantur euangelicæ doctrinæ. Sic & Helisæus non modo in vita miraculorum gloria illustris fuit, sed etiamnum post mortem ad vitā reuocauit hominem. Hinc in libro Regum ita dicitur: Mortuus est igitur Helisæus, & sepelierunt eum. Latrunculi autem venerunt de Moab in terram ipso anno. Quidam autem sepeliētes hominem viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchrum Helisæi. Quod cum tetigisset ossa Helisæi, reuixit homo, & stetit super pedes eius. Ad idem Ecclesiasticus: Nec superauit illum (Helisæum scilicet) vllum verbū, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Eo pertinet & illud: Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui de⁹, nimis cō fortatus ē principatus eorum. Et illud: Si q̄s mihi minstrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in cælis. Et vbi ego sum, illic erit & minister meus. Et illud, quo de Ieremia in libro Machabæorum dicitur: Vidit Iudas Machabæus Oniam manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum, post hoc vidit alium virum ætate & gloria mirabilem, de quo dixit Onias: Hic est fratrum amator & populi Israel: hic est qui multum orare pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias propheta dei. Hic plenissime monstratum est, diuos corpore exutos, quum dei amici sint, nobisque per charitatem strictissimis vinculis vniti, pro nobis non segniter interpellare. Quin etiam qui CHRISTVM imitati sunt in ter-

4. Reg. 13 · Eccesi. 48. · Psalm. 138 · Iohan 12. · 2. Mac. ul.

ris, haud dubium quin sequantur in cælis si quã do viderint eum patri supplicantem, alioqui omnium qui viuunt essent superbissimi, neque enim interpellare, pugnat cum horum quiete ac felicitate, alioqui neq; Christus itercederet Vt igitur in terris nostri curam non semel gesserunt, ita & in cælis multo solicitius precãtur, intercedunt, patriq; supplicant. Quod vero obstrepunt nonnulli, sanctos necdum æterna beatitudine potiri, sed dormientium more ignorare quæ circa nos aguntur, his argutijs sacræ literæ plane obuiant. Certum enim est, inter sanctos nihil obstare quo minus summa illa beatitudine perfruantur, non peccatum, quod iam condonatum, aut pœnitudine, vel expiatione deletum est, non corpus, quod iam terræ credi-

2.Corin.5 tum est. Hinc Paul⁹: Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q; ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes,

Philipp. 1 si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. Item que: Cupio dissolui & esse cum Christo. Si vo-

Marc. vit. luit esse cum Christo dissolutis corporis cõpa-

Actuũ. 1. ginibus, & Christus ad patris dexteram con-

Matth. 14. scendit, sunt igitur sancti cum Christo. Vbicũ q; enim fuerit corpus, illic congregabuntur &

Iohan. 12. aquilæ. Et iterum, Vbi ego sum, illic sit & minister meus. Neq; igitur sancti cum Manibus incertis sedibus vagantur, vt Platonicis visum est, aut de corpore in corpus commigrant sed illic regnant vbi vita eorum est, qui quan-

quã dormiant quantum ad corpus attinet, anima tamen triumphant, ac cælestibus ambrosijs potiuntur. Sancti inquit Paulus, per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissionem. Si adepti sunt, iam nõ retardantur, iam non priuati sunt, sed id assecuti quod in votis dum viuerent gesserunt. Desiderium enim eorum attulit eis. Et rursus Paulus, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, accepit dona in hominibus. Et iterum alibi, Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Et iterum, Currus dei decem milibus, multiplex milia lætantium, dominus in eis in Sinai in sancto. Rursusq; in Apocalypsi, Sancti stant ante thronum dei & animalium et seniorum. Et erat numerus (inquit) eorum milia milium, dicentium uoce magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere honorem &c. Itẽq;, Et audiui numerum signatorum centũ quadraginta quatuor milia, signati ex omni tribu filiorum Israel. Moxq; vbi fuerint, subindicat stantes ante thronũ & in conspectu agni &c. Eo pertinet & illud de virginibus, quæ cũ spõso intrauerunt ad nuptias. Quæ, inquit, paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Audis hic sanctos repromissionem adeptos, audis in cælestia regna e captiuitate translatos, subinde & præsentes vultui dei, qui ergo fieri potest, vt non sint in Christo, non sint gloriæ participes? Is enim qui ad nuptias regias admittitur, atq; in ijs epulatur, non potest non satiari, atq; potiri gloria dei. Atqui id sancti adepti, ijsque delicijs perfruuntur, Satiabor (inquit Dauid)

Hebreo. 11
Psalm. 17.
Ephesi. 4.
Psalm. 67.
Apocal. 5.
Apocal. 7.
matth. 25.
Psalm. 16.

cum apparuerit gloria tua. Vtcunq; igitur dormiant, in Christo quiescunt. In Christo vero quiescere, consummatæ est felicitatis, consummatæ beatitudinis. Iam vero & illud ridiculum, quod obijciūt sanctos ignorare, ea quæ hic agun-
Lucæ. 16 tur, cum & diues epulo agnouit fratrum suorum statum, atq; ob id precabatur illis bonum, deprecabatur malū. Id si ei concessum fuit, qui lōgissimo interuallo disseparabat a luce illa æterna, quanto magis conceditur ijs, qui lucem habitant inaccessibilem, qui regem gloriæ cū familia sua cōtemplantur? Astipulatur ijs quod Paulus testatur: Videmus nūc in ænigmate &
1. Cori. 13 per speculum, tunc autem facie ad faciem. Et
Psalm. 35. Dauid: Domine in lumine tuo videbimus lumen: in lumine videlicet increato, videbimus lumen creatum, videbimus creaturam ipsam, ceu in tersissimo speculo relucentē, id quod alij cognitionem vocant matutinam, alij cognitionem in verbo. Neq; enim sancti suapte natura nostros affectus, dum libet, intelligere possunt, sed id muneris fit a verbi collustratione, ac lympidissima quadam irradiatione, id quod palā
1. Iohan. 1 testatur Iohānes: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eū
1. Cori. 4. sicuti est. et Paulus: Tunc autē agnoscam, sicut & cognitus sum. & iterum: Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Perinde atq; omnibus in vnum collatis diceret: Vt deus verbum in seipso videt hæc omnia, quasi in ipsissimo speculo relucentia, ita & ego sarcina corporis abiecta, speculabor non quidem meapte natura illustratus, sed omnia quæ

a simplicissimo illo diuinæ essentiæ exemplari dimanant, contemplabor. Nam quid aliud visio illa beatifica importat, q̃ assimulationem vidētis, quatenus videns est, & rei visæ vel repræsentatæ. Præsentatur autem ipsi rationali creaturæ cum creatore & ipsa creatura. In lumine (inquit) tuo videbimus lumē. Cuius imaginem cōtemplari licebit in notitia sensili: quæ vt sit perfecta, exigit assimilationem quandā potētiæ & rei obiectæ. Age iam, si ad eum modum inferior potentia agnoscit, quæ mole corporis prægrauatur, quo minus libere spectet ea quæ sub sensum cadunt, qui fieri potest, vt superior potentia lumine erecta atq; adiuta faciali (vt ita loquar) quæq; a seruitute corruptiōis, iam in regnum gloriæ translata est, non liberrime feratur in quoduis intelligibile cæteris paribus, modo aduertat, potissimum cum hæc diuorum notitia non eo modo, quo in hoc mundo oboriatur, neq; a corporis energia dependeat? Iam & illud accedit, quod animæ exutæ, quanquam corpus relinquant, non tamen spiritum, non mentem, non memoriam ipsam, quæ multarum specierum est receptaculum, abijciunt, sed seruant habentque præsentissimam. Itaque possunt animæ & in verbo ipso nostros affectus, & in creatura, modo adsit lumen vultus deifici, nostras miserias intelligere: Quas vbi intelligunt, deprecantur assidue. Verum de hac re longius digressi sumus quam ipsi volumus. Neq; enim commētarios scribimus, sed enchiridion.

XLII. Sancti nõ latriæ, sed duliæ cultu coli pos
sunt, proinde possunt & ad horũ memo
riam imagines ac picturæ citra omnem
idololatriam erigi.

Latriæ cultus ei debetur, qui omnium rerũ
dominium ac principatum gerit, quiq; omni-
um plastes ac formator & reparator est, id q̃d
in solum deum competit. Hunc enim omnes
agnoscunt, velint nolint, creatorem & caput.
Hic cultus nulli debetur creaturæ, non angelis
non vllis hominibus, siquidẽ soli deo honor &
1. Timo. 1 gloria. Et alibi: Gloriam meam alteri non da
Isaiæ. 48. bo. Sic & Dauid: Non nobis domine nõ nobis,
Psalm. 113 sed nomini tuo da gloriam. Eo pertinet quod
Matth. 4. Christus respondit satanę: Dominum deum tu
um adorabis, & illi soli seruies. Hunc cultum
soli deo ferimus acceptum. Est & alius quidem
cultus, duliæ vel hyperduliæ dictus, qui ob præ
claras animi dotes, ob egregia quædam faci-
nora, ob dignitatis & nobilitatis illustrem pro
sapiam, angelis, hominibusq; impenditur. Sic
honoramus regem, veneramur principes, pro-
niq; in terram sternimus nos ante eos, qui vel
pœnam nobis inferunt, vel virtutibus sunt illu
Genesi. 27 stres, vel alias de nobis bene meriti. Sic olim Ia
cob a patre Isaac benedictus est: Esto dominus
Genesi. 33 fratrum tuorum, & incuruẽtur ante te filij ma
tris tuæ. Idemq; de Mesopotamia egressus in
terram, pronus adorauit septies fratrem suum
Esau. Et Dauid tertio adorauit Ionathan filiũ
Saul. Itidemque de multis alijs legimus, qui cũ

reges, tũ prophetas adorasse dicitur citra oẽm idololatriæ impietatem. Quin tm̃ abest, vt idololatriæ crimen incurrerint ea veneratione viri illustres, vt etiamnum hoc ipsum factum eorum laudi detur & honori. Cui (inquit Paulus) honorem, honorem. Item: Om̃es honorificate. Ad eum modum diuis, diuorumq; ossibus & genua flectimus, non quo in ipsas rerum imagines, sed in archetypum, immo in ipsissimum deum, quicquid est laudis, quicquid est honoris referamus. Honoramus enim in sanctis dei potentiam, virtutem ac bonitatem. Quippe cum & ipse eosdem in vita varijs donis reddiderit illustres ac spectabiles. Ipse autem præcepit: Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte mõstratum est. Itemq;: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ipse enim Christus, quanquam mediator noster sit, quãquam in omnibus primatum teneat, libenter tamen eum honorem fert acceptum, qui ob sui nominis gloriam ministris eius impenditur, non quo sanctis, sanctorũq; imaginibus diuinos deputemus honores, sed q̃ hos tã q̃ spũs sancti organa quædam omni honore duliæ dignissima, magnificemus. Sunt sancti, atq; horum pretiosissime reliquiæ templa quædam spiritussancti. Iã qui templum dei destruxerit, destruet eum deus. Proĩde cum inuisibilia dei per ea quæ facta sunt cognoscantur, erigimus & tabulas & picturas, & angelorũ hominumq; imagines, vt in ijs præclara eorum quos repręsentant, & gesta & facinora contemplemur, eaq; feruentius imitemur, quod ipsis scripturis, ipso verbo,

Roma. 13.
Exodi. 25.
Matth. 25.
1. Cor. 6.
Roman. 1

P.

ipsa figura ob oculos ponitur, vt nihil desit hu
manæ menti, quo non suam imbecillitatem iu
uet. Singulos tamen sanctos ita veneremur, vt
nō a deo, sed ad ipsum per sanctorum preces, per
que rerum expressas imagines regrediamur, id-
que pro diuersitate donorum, quibus illustran-
tur a deo optimo maximo. Vt enim deus ipsos
diuersis donis reddidit mundo venerabiles, ita
& nos varios ritus, variasque ceremonias, quis
ad ipsissimum deum regerantur, ijs ipsis impē
dimus. Accedit quod Paulus inquit: Diuisiões
esse gratiarum, donorum, operationum, omia
1. Cori. 12. autem ab vno spiritu, singulis prout collibitū
fuerit distribuente. Huc pertinet & illud: Stella
1. Cori. 15. a stella differt. & item: Alia claritas solis, alia
claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Et cor
pora cælestia, & corpora terrestria: sed alia qui
dem gloria corporum cælestium, alia autē ter-
restrium. Et Christus: In domo patris mei man
Iohan. 14. siones multæ sunt. Quos igitur Christus tam il-
lustres fecit miraculorum portētis, hos vt Chri
sto simus conformes, & nos dignis prosequa-
mur honoribus. Oportet enim ecclesiam mili-
tantem, quatenus potest, sese ad exemplar tri-
Exodi. 15. umphantis dirigere vt sit recta. Cōformat au
Apoca. 21. tem sese si hos pro dei amicis colat, quos deus
ipse toti orbi reddidit spectabiles, dū videlicet
ad horum ossa exclamant dęmones: Resurgūt
mortui, cæci visum recipiūt. Quæ vniuersa ita
per sanctorum cineres spiritus ille miradorum
operator efficit, vt nihilo secus in dei gloriam
cedant. Testatur id Paulus: In me (inquit) glo-
rificabant deum, Hinc profectum est sanctorum,

qui fatis cesserunt, pclara gesta renarrari in tẽ
plis, scripturæ exemplo, quæ itidem de illustri-
bus viris ac mulieribus facit. Sic Moses præcla
ra facta illustrium virorũ ac arcæ domini, de-
inde & bellorum triumphos magnifice descri
psit. Sic Samuel, Dauid, Iob (teste Iacobo, Pati Iacobi. 5
entiam Iob audistis) Ecclesiasticus, & alij in-
numeri, non semel egregia facta quædam, cũ
aliorum tum propria descripsere. Atque ob id
in Ecclesiastico dicitur: Laudemus (inquit) vi- Eccle. 44.
ros gloriosos, nempe Enoch, Noe, Abraham,
Isaac, Iacob, Mosen, Aaron, Iosue, Phinees,
Dauid, Eliam, & reliquos, quos in album retu
lit, dicens: Laudemus viros gloriosos, & paren
tes nostros in generatione sua. Et mox: Qui de
illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi lau
des eorum. Corpora ipsorũ in pace sepulta sunt
& nomen eorum viuet in generatione & gené
rationem. Sapientiam ipsorum narrent popu-
li, & laudem eorum nuntiet ecclesia, & de vi- Ecclesi. 31.
ro qui pecuniam execratus est: Quis est hic &
laudabimus eũ, fecit eñ mirabilia in uita sua.
Et iterum: Eleemosynas illius enarrabit omnis
ecclesia sanctorum. Et paulo inferius: Collau-
dabunt multi sapientiam eius, & vsq; in secu- Ecclesi. 39.
lum non delebitur. Sapientiam eius enarrabũt
gentes, & laudẽ eius annuntiabit ecclesia. Pro
inde & scriptores noui instrumenti non semel
cum virorum, tum mulierum illustrium descri Matth. 26.
psere fidem, mores, factaq;. Et Christus de vn- Iohan. 12.
guento effuso: Vbicũq; (inquit) prædicabitur
euãgelium hoc, dicetur & q̃ hæc fecerit in me
moriam eius. Atque hinc existimo exordium

sumptum, quod ecclesia quorundam sanctorum catalogū tanta religione singulis fere anni diebus recēset. Hinc & reliquiarum sanctarum tam diligens custodia, tantaque veneratio. Si enim arca illa crassę legis tanta in reuerentia habita est, vt non nisi cooperta a filijs Cahad, caeterisque Leuitici generis sacerdotibus circumferri sineretur, quanto magis curādum Christianis vt ipsam eucharistiam, vt eorum ossa, cineres, & reliquias, quos Christus ipse inhabitauit, dignis prosequantur honoribus, cultu, ac ueneratione? Atque id est quod Dauid testatur: Nimis
Psalm. 138 honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Quātum vero ad imagines attinet, id fatēdum Christianis: Imaginibus indoctum vulgus in archetypum duci, non quo ijs tribuant aliquid numinis, neque enim tam vecordes sunt Christiani, sed vt ipsis praeclarissimorum virorum certamina, vitā, sidemque spectent, sitque hoc idiotis pictura, quod
Exodi. 25. legētibus praestat scriptura. Sic olim permissum est Iudaeis habere arcam, propitiatorium, duo cherubin, templi tabulas, porro & aeneum illū serpentem, quo curati sunt. Hinc in Exodo dicitur: Duos quoque cherubin aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi, cherubin vnus sit in latere vno, & alter in altero. Sic &
Nume. 21. in Numeris: Fac serpentem aeneum, & pone eū pro signo, qui percussus aspexerit eū, viuet. Ita
3. Reg. 6. & in tertio Regum volumine dicitur, quod Solomon aedificauit super parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus. Et iterum: Duo ordines sculpturarum histriatarum erant

fusiles,& stabāt super duodecim boues. Et rursus: Sculpsit quoq; in tabulatis illis, quæ erant ex ære,& in angulis cherubin & leones,& palmas, quasi in similitudinem hominis stātis, vt non cælata, sed apposita per circuitū viderentur. Hisce perspicuum fit, Mosi animum nō fuisse prorsus prohibere imagines, ne haberētur, sed ne eo cultu, quo deus ipse veneraret, eo modo quo insana fecit gens Aegyptiorum,& aliarum externarum nationum, quę lapidibus, lignis, animalibus, elementis, deinde & stellis, postremo & omni militiæ cæli diuinos deputabat honores. Idq; facile Christianus lector ex verborum phrasi comperiet, si modo cū incorrupto iudicio libros Exod. Deute. Regum, psalmorum,& prophetarum versatus fuerit, in quibus nō res ipsa, quæ alioqui licita est, sed superstitio ac idololatria prohibetur, nisi forsan & in gentium religione cum rem, tum etiam cultum damnatū dixerimus. verum quis tum reclamabit? Non enim erigimus Iouis aut Mercurij statuam, sed eorum quos Christus honorari vult. Si enim olim templum illud, quod nostræ legis figura fuit, tāto apparatu conspicuū fuit, vt Solomon in eo collocauerit cherubin in medio tēpli interioris, extēdentes alas suas ad parietē vsq;, qui fieri potest, vt orthodoxis idipsum non liceat imitari in effigie Christi, in picturis diuorum? Postremo cum toto nouo testamento nō sint imagines prohibitæ, sintq; in veteri permissæ eo modo quo dictum est: non video cur non liceat orthodoxis ijs ceu signis, q; bus in res ipsas ducimur, vti. Neq; tamen infi-

Exod. 20. &.21.23. Deuter.8. 18. 23. 3.Reg. 11. 4.Reg. 16 Psalm.106

rias eo & in ijs multos plus nimio esse superstitiosos. At vero tollatur abusus, sitque res integra.

XLIII. Inter fideles legitime coniunctos, matrimonium uere esse sacramētum, quodque gradus sunt nonnulli prohibiti, cum diuino, tum pontificio iure.

Matrimonium fideliū inter eos contractū, qui sese nō deuouere deo, per solēne aut aliud uotum, esse sacramentum, sacræque rei, hoc est coniunctionis Christi & ecclesiæ efficax signum. Porro inseparabile ac īdiuiduum, quoad alter coniugum vixerit, cum Christus, tum Paulus probat ingenueque testatur. Christus enim apud Matthæum ad eum modum loquitur: Quicun-

Matth. 5. que dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: et qui dimissam

Genesi. 2. duxerit, adulterat. Idem in Genesi asserit Moses: Dixit enim Adam, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Hæc vocatur virago, quoniam de uiro sumpta est. Quamobrē relinquet homo patrem suū & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.

Gene. 1. 9. Matth. 19 Et quantum ad officium, præmisit: Crescite & multiplicamini & replete terram. Idem Christus obijcit pharisæorum calumnijs: Nō legistis quia qui fecit hominē ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Propter hoc dimittet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suę, & erūt duo in carne vna, iamque non sunt duo, sed vna caro. Quod igitur deus coniunxit, homo non separet. Et mox: Dico aūt vobis, quia

quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob forni cationem, & aliam duxerit mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Ad idē Paulus mulieres præcipit vt viris subditæ sint, quoniam vir caput ē mulieris. Et mox: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Eadem ferme ad Romanos præscribit: Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et rursus Corinthijs: Iis qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus: Vxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptā, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem suam non dimittat. Sic & ad Hebræos: Honorabile coniugium in omnibus & thorus immaculatus. Itemque: Neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino. Quibus satis constat, & quantum ad indiuiduam vitæ cōsuetudinem, & ad gratiæ præsidium, quod sanctis coniugiis adest deus, & ad rei sacramentum. Quippe in CHRISTO & in ecclesia. Eiusmodi cōiugijs Abraham, Isaac, Ioseph, Tobias, & alij viri sanctissimi in domino coniuncti fuere, legitimeque vsi sunt. Quanquam a nōnullis personis abstinuerint, nempe per Mosi legem prohibitis. Hinc in Leuitico dicitur: Homo inquit ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Deinde recenset & alios gradus, nempe matris, sororis, filiæ, neptis, a quibus abstinendum. Quibus & pa-

Ephesi. 5.
Roman. 7
1. Corin. 7
Hebræ. 13.
1. Corin. 11
Leuiti. 18.

tres sacris in comitijs quosdam gradus nõ abs re adieceru͂t: quos si libet in pontificijs canonicisq; decretis, videto.

XLIIII. **Prædestinatio dei, nullam necessitatem coactionis rebus imponit.**

Cum multi ijsce temporibus in id infelicitatis inciderint, vt dicant omnia absoluta quadã necessitate fieri, nõ abs re fuerit paucis ostẽdere quanto interuallo ij a vero absint. Fatendum igitur cum primis, cum dei indemutabili volu͂tate, stare & externarum atq; a se productarum rerum euentum, siue vt alij vocant, contingentiam, qua potuerunt antequã essent, produci vel non produci. Neq; enim refragor, rerum quandam necessitatem vbi productæ fuerint, quod enim factum est, infectum esse nequit. At q de ea rerum necessitate nõ loquimur, sed de ea qua res vel natura vel volu͂tate producuntur, disponu͂tur, ac fiunt, vel futura sunt. In quibus, q̃q̃ ipsæ res suapte natura contingentiã ac mutabilitatẽ ac pinde nõ necessitatẽ indicãt, est tñ libertas quędam cu͂ in deo, a quo libere producuntur, tum in rebus quæ contingenter sunt.

Ecclesia.3. Et quantum ad res natura constantes, satis ex Solomone constat: Tempus inquit nascendi, et tempus moriendi: tempus plantãdi, & tempus

Ibidem.1. serendi. Itemq;: Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa. Itemq;: Quid est q̃d fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendu͂ est. Nihil sub sole nouum. Iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos. Et Dauid: Ipsi peribunt, tu autẽ

Psal. 101. permanebis, & idem ipse es. Et Iob: Dies mei

velociores cursore transierunt. Et itē: Ab aquis Iob. 7. 9.
niuium transeunt ad aquā nimiam. Item: Va
nitas vanitatum, & omnia vanitas. Si transe- Eccles. 1.
unt, si in temporis volubilitate voluūtur, si va Sapien. 7.
na sunt omnia, iam non necessario producun- 3. Regū. 3.
tur, non fiunt coacte, sed libere. Hinc & Sapi-
ens testatur sibi scientiam cælitus datam, qua
sciat temporum vicissitudinem, medietatem,
mutationem, ac varietatem: Quæ quid indi-
cant aliud, nisi rerum varios euentus, ac eam
quæ necessitatem excludit contingētiam? Iam
quod deus optimus hæc libere agat, & non ne
cessario, non vno scripturæ loco probatur. In-
quit em̄ Dauid: Deus vltionum dominus, de- Psalm. 93.
us vltionum libere egit. Sic & Iob: Quodcūq; Iob. 23
voluit, hoc fecit. Et Dauid: Saluum me fecit, q̄ Psa. 17. 134
niam voluit me. Sic & in alio loco: Omnia q̄-
cunq; voluit dominus fecit in cælo & in terra.
Ita & Iacobus: Voluntarie em̄ genuit nos ver
bo veritatis. Hinc tot etiā monitiones, tot mi-
næ, tot expostulationes, tot prohibitiones. Ali- Iacobi. 1
bi enim contritionem, alibi resipiscentiam, ali
bi aliud inculcat. Sic Paulus, vbi pelagus præ
destinationis diuinæ attigit solū, nō tractauit,
dicēs: Quos p̄sciuit et p̄destinauit, cōformes fi Roma. 8.
eri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in
m̄tis fratrib. Quos aūt p̄destinauit, hos & vo
cauit, & iustificauit: quos aūt iustificauit, illos
& magnificauit. Mox sequentibus capitibus
contingentiam explicet, qua possunt vel stare
vel a gratia rursus excidere. Tu autē fide stas Roma. 11.
(inquit) noli altum sapere, sed time. Si enim de-
us naturalibus ramis, nō pepercit, ne forte nec

tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te aūt bonitatem, si permanseris in bonitate, alioqui & tu excideris. Ad idem Iohan.
Apocal. 2. Memor esto ergo vnde excideris, & age pœni
Apocal. 3. tentiam. Et iterum: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Sic & ad Ephesios. 1.
Ephesi. 1. vbi Paulus nos spirituali benedictione oppletos, electos ante mundi constitutionē, prędestinatos in adoptionem filiorum secundum propositum voluntatis suæ, haud paulo post indicat nos arbitrij libertate & labi & surgere posse, quanq̃ non efficaciter ac sufficienter resipiscere sine gratiæ adminiculo. Vt filij inquit, lucis est in omni bonitate & iustitia et veritate, probantes quid sit beneplacitum deo, & noli-
Ephesi. 5. te cōicare operibus infructuosis tenebrarū, magis autem redarguite. Et mox indicans ab homine nōnihil præstari posse: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te CHristus. Quibus colligimus, q̃uis deus indemutabili ac libera voluntate disponat omnia, eligat, præsciusq; sit futurorum, prædestinetque ad vitam, ea tamen indemutabilis voluntas singula ita condidit, vt proprios motus sinat habere, vt rationalem creaturam non vi adigat ad bonum, sed optionem det, vtrum eligere velit, vti de libero arbitrio satis abunde dictum est, quo proinde consectarium, non omnia necessario fieri, potissimum tñ quæ a voluntate proficiscuntur. Sunt enim qui suapte sponte a gratia
Lucæ. 15. excidunt, alij intra seipsos suam turpitudinem agnoscentes, cum filio prodigo ad patrem re-

uertuntur, aliȷ̄ metuunt ne excidāt. quæ oīa mu tabilitatem ac vertibilitatem insinuant. Sic & Iob: Qui seruiunt ei, nō sunt stabiles, quāto magis qui terrenum habent fundamētum, qui habitant domos luteas? Iob. 4.

## In æterna beatitudine sola perfecta libertas reperitur. XLV.

Iustissimo ordine beatitudinis materiā huc congessimus, ac veluti coarctauimus. q̄nquidem in ea perfectam ac absolutā assequemur libertatem spūs. Omēs em̄ motus tum spiritui erunt subditi, spiritus autem deo liberrimo ductu fruetur. non quo coacte feratur ac ducatur in summi boni & cognitiōem & amorem, sed suapte sponte, sed promptissima uoluntate, cui deus ipse adest, ne aliquando sese a suo actu deflectat, ne deficiat, ne nō semper adhæreat. Abest ab hoc statu omnis metus, omnis corruptio, indigentia omnis, adest v̄o omnis satietas, oīs iucunditas, omnis boni sufficientia. Hinc Paulus, Vbi spūs domini, ibi libertas. Et iterū: Nā expectatio creaturæ reuelatiōem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta ē, non uolēs, sed propter eum, qui subiecit eam in in spe, quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. De hac absoluta libertate & Iohā. ait: Perfecta charitas foris mittit timorē. Et Christus: Beatus qui manducabit panem in regno dei. & iterū: Et vado parare vobis mēsam, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Itē: In domo p̄ris mei mansiones mul- 2. Corin. 3 Roman. 8 1. Iohā. 4 Lucæ. 1. Lucæ. 22. Iohān. 14

Psal.8. 16. tæ sunt. Et Dauid: Gloria & honore coronasti
Psalm. 114 eum domine. Itemq;: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Gloria enim & diuitiæ in domo eius. Eo pertinet & illud, quo apertissime plenam & absolutã dignoscimus libertatẽ. Ecce (inquit Iohannes) tabernaculum dei cum ho-
Apoca.21. minibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erũt, & ipse erit eorũ deus, & absterget de
Isaiæ.25. us omnem lachrymam ab oculis eorũ, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierũt. Et dixit q sedebat in throno: Ecce noua facio omia. Rur-
Isaiæ.65. susq; Isaias omnem indigentiam excludẽs: Serui mei (inquit) comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Et serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos cla-
Matth.25. mabitis præ dolore cordis. Tum enim posside bunt regnum illud æternum, ab origine mundi
Psal. 149. eis paratum: tum exultabunt in gloria, & læta buntur in cubilibus suis. videbuntq; vindictã & lætabuntur, perpetuum illud euge decanta
Apocal.5. bunt: Benedictio & claritas, honor, virtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorum. Item q; & illud: Sanctus sanctus sanctus dñs deus sabbaoth. Plena est omis terra gloria eius. quã
1. Corin. 2 iucunditatem nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quamobrem erit tum deus omia in omnibus. His palam fit, beatitudinem illam supremam solam esse ipsissimam libertatem. Frustra igitur blandiuntur sibi Luterani, de perpetua libertate in hoc seculo. Verum de ijs obiter, quanquidem hæc paſ-

ſim occurrant in ſcripturis, hominem videlicet (quātum ad animam attinet) tū primum quieſcere, donec in ipſo creatore conquieſcat. Corpus vero tum omnino ſubiectum erit animæ, ſi quando egregijs illis dotibus adornatum fuerit, id quod in futuro expectamus. Tum enim reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Tum enim videbimus eum ſicuti eſt, tum ſatiabimur a vultu claritatis ipſius. 1.Corin.4 1.Cori.13.

## Quid principes facere debeant tempore hæreſis. XLVI.

Principum ſeculi ac magiſtratuum eſt, eam fidem quā a maioribus ſuſceperunt ad ſanguinem vſq; defendere, nec quicquam immutare in ijs quæ fidei morumq; ſunt, quod a patrum veſtigijs diuariet, ſed id curare, vt ſubditi, ab omni labe hæreſeos ſint immunes, ſint conſtantes, ſint dicto obſequentes eorū qui eccleſijs moderandis præſunt, modo nō præcipiant ea, quę certum ſit pugnare cū Chriſto, cumq; eius vnica eccleſia, quam Chriſtus omnibus ſcriptoribus, omnibus interpratibus antepoſuit. Meminerint igitur principes cur gladij vſum habeant, cur illis relictus ſit a Chriſto, a Iohanne, deniq; a tota eccleſia. Iohannes eñ militibus vſum gladij non ademit, ſed permiſit, dicēs: Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Sic & cētu rioni, Cornelio, Sergio, eunucho Candacis reginæ gladij vſus relictus eſt, nō ablatus. Verum in quos is exercendus ſit, palam docet Paulus, Lucæ. 3. Acto.8.10 &. 13.

dicens: Non est potestas nisi a deo. Quæ autem sunt, a deo ordinata sunt, & iterum, Principes non sunt timori boni operis, sed mali, & iterum, Si malum feceris, time: nō enim sine causa gla
1. Timo. 1. dium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui male agit. Et rursus ad Timotheū, Iusto non est lex posita, sed iniusto: & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis. In eos igitur gladius exercendus ē,
Matth. 27. qui sunt seditiosi in populo, ut Barabbas qui
Deute. 17. ob seditionem missus fuit in carcerem, qui nolunt sacerdotis obedire imperio, ut Deuteronomius præcipit, qui contumaces sunt ac manifeste scelerati, ut præcipit Paulus. Quorum e numero maxima pars est Luteranorum, qui sub septennium hoc totam fere Germaneā seditionibus intestinis tumultibus cruentis cędibus impleruntt, idq͡ conantur, ut quicquid ecclesiæ catholicæ obuiat, pessum abeat, adeoq͡ contumaces, ut tum imperatorem, tum pontificem summum, tum uniuersos orthodoxæ fidei patronos contemnant, id quod palam Christi ver-
Matth. 22. bo pugnat, qui inquit, Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Proinde si quis ex ijs principibus sint, qui hanc labem defen-
Nume. 25. dant, id illis debetur, quod olim p̄cepit Mosi deus: Tolle (inquit) cunctos principes, & suspende eos contra solem in patibulis, ut auertatur furor meus in populo. Dixitq͡ Moses ad iudices in Israel: Occidat unusquisq͡ proximos suos, q initiati sunt Beelphegor. Moxq͡ sequit, Zelus legis diuinæ, q̊ Phinees exarsit in flagitiosos. At q̄to magis occidēdi essent, q nūç da

tā opera aduersus dei verbum Luteranæ factionis rabulas tutantur, potissimum tamen qui eos defendunt, qui crypticis connubijs iunguntur? Hinc & Paulus: Auferte malum ex vobis ipsis. Et Christus: Qui non manserit in me, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligēt eum, & in ignem mittent, & ardet. Iam & illud addendum, quod blasphemi iure diuino lapidandi sunt. Qui autē magis Chr̄m blasphemant, quam Lutherani, qui eucharistiam sacram rident, qui omnia sacramenta contaminant, qui diuis id adimere moliunt̄, quod a deo optimo maximo receperunt? Quamobrem curæ sit optimo principi, vt se sibiq; subiectā plebeculam in vnitate ecclesiæ catholicæ seruet, nihil per imprudētiam, nihil per elationem, nihil per tyrannidem agat. Non intrudat ad nequissimorum consultationem moderandis plebibus lupos, latrones, fures. Quin si qui vel fraude vel dolo irrepserit, mox e medio tollat, mox stirpitus eradicet. Id quod præcipit Ieremias: Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & destruas & ædifices & plantes in nomine domini. Boni principis imaginem cum Moses, tum CHRISTVS descripsit: Cum (inquit Moses) fuerit rex constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum. Itemque accipiens exemplar, scilicet legis a sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum omnibus diebus vitæ suæ. Obserua a quibus discenda sit lex, non ab hæreticis & schismaticis, sed a sacerdotibus Leuiticæ tribus, qui legitime videlicet succedunt in eccle-

1. Corin. 5
Leuiti. 24
Iohan. 10.
Ieremi. 1.
Deute. 17.

sia. Id igitur curabit princeps vti in ea fide, in ijs ceremonijs, vti in Deuteronomio dicitur, se suosque seruet, quam a maioribus recepit, eosque qui ijs quæ a maioribus decreta sunt, temere reluctātur, e medio auferat. Viderint hic principes quid deo respondeant, qui potentes potenter damnabit ac perdet, quod tā passim hæresim incrudescere sinunt, quod Luteranos concionatores contra omnem æquitatem ecclesijs moderandis intrudunt, quod sacra templa spoliant, quod possessiones, redditus, imo monasteria ipsa in suos profanissimos vsus conuertunt. Omnes siquidem raptores sunt, fures ac socij furum, digni qui contra solem suspendantur, quibus regnum auferatur, & detur genti facienti fructū eius. Non ita fecit Dauid, non Ezechias, nō Iosaphat, nō denique principes, qui Christi fidem humiliter susceperunt, tutati sunt: Constātinus, Henrincus, Valens, Theodosius, Carolus Magnus, & cæteri augustissimi simul & catholicissimi principes. Quibus hoc studij erat præcipuum, vt sacrum cultum augerent, non destituerent: vt auitam fidem, vitam, mores, ceremoniasque seruarent, non immutarent: vt operam darent ea exequi, quæ ab ecclesiasticis iustissime decreta fuere. Dumque ad eum modū Christiana respublica gubernaret̄, bellissime ac felicissime gerebantur omnia, vbi vero ab eo statu deflexum est, facti sumus in sibilum et risum omī populo, idque debemus ijs principibus qui palponibus aggratulantur.

XLVII. Quid subditis ac plebeis tempore hære

sis agendum.

Varium semper est ac mutabile indoctũ vulgus, nunc ijs, nunc illis ducitur affectibus, modo euge euge acclamitat, modo tolle tolle crucifige eum, facileq; ijs accedit, qui ea præcipiunt quæ carni placent: reluctatur, vero ijs qui ardua proponunt, qui angustam faciũt viam, ad regnum cælorũ. Atqui inter tam varios casus ac rerum euētus, nusquam tutius viuitur q̃ in vnitate ecclesiæ, in una naui Petri, in una arca Noe, ac sagena quæ ex mari pisces attulit. Id igitur cum primis curet, vt oēm doctrinam quæ ab vnitate ecclesiæ desciuit, suspectam habeat, non eos audiat, si se suaq; perdere nolit, q aduersus hanc aliena dogmata inuehũt. Hinc Christus: Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo. Itemq;: Lupus venit vt rapiat et disperdat. Itemq;: Attēdite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Paulus: Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ nõ profuerunt ambulantibus in eis. Eo pertinet et illud: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex deo sint. Quo modo vero dignoscas eiusmodi hæreticos, paucis paulo ante ex scripturis monstrauimus. Iam illud solum adijciam, neminem audiendum, qui aduersus concilia sacra, aduersus ecclesiã vniuersalem pertinaciter suum dogma stabilire ac inculcare cõtendit, præcipiente Christo: Si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Hãc

Matth. 7. Iohan. 10. Matth. 7. Hebræ. 13. 1. Iohan. 4 Matth. 18

matrem audiant, in qua & regnati sunt Christo, cui & manus dederunt, cui iureiurando deuincti sunt. Hinc Solomon præcipit, Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ, liga ea in corde tuo iurgiter, & circunda gutturi tuo. Audis hic non modo patris sed etiā mnum matris præcepta seruanda. At q̄ est mater nostra? Ecclesia, in qua ex aqua & spiritu sancto renati sumus deo, cui & multis nominibus obstricti sumus. At inquies, Princeps meus Luteri dogmatis adhæret. Quid tū? hic non princeps, sed tyrannus, sed Antichristianus est. Cōstanter igitur illi respondeas, Tibi principi uectigal ac tributum debeo, Chrō vero ac ecclesiæ fidem, innocentiam. Melius igitē est hac in re obedire deo quā hominibus. Corpus auferre potes, non animam. Eum igitur timebo, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Fuge igitur, atq; exeas e medio captiuitatis Babylonicæ, excute tyranni iugum, excute onus, nihil hic debes homini prīcipi, ubi te aduersus augustissimum dominum cęli terreq; cogit adhęrere hęreticis. Procul abesto ab horum conuiuijs, procul a contionibus q̄ mellito ueneno plenæ sunt. Non hor; libellos uerseris, sed incendas, perdas, dilaceres, non secus atq; in Actis aplicis fecerūt credentes. Mlti (inquit Lucas) ex his q fuerāt curiosa sectati cōtulerunt libros, & cōbusserunt eos corā omnibus: & cōputatis pretijs illor;, inuenerunt pecuniam denarior; quinquaginta milium.

Prouer. 6. Roma. 13. Actuum 5. Matth. 10. Actuū. 19.

XLVIII. Nonnullis animabus post mortem ex di

uin æ iustitiæ decreto, certus expiationis locus deputatus est

Esse quibusdam animabus expiationis locũ, & iustitiæ est misericordiæ. Iustitiæ eqdem cuius est reddere unicuiq; secundum opera sua cuius est vlcisci pro mẽsura peccati ipsum peccatorem. Vt enim nihil in vniuerso fit, in quo nõ reluceat misericordia & iudicium, ita ipm iudicium exigit ut peccata non sint inulta, sed uel in hoc, uel in futuro seculo puniantur. Puniuntur autem uel pœnis a deo ĩflictis, uel ab homine spontaneis castigationibus, nempe ieiunio, oratione, uigilijs, eleemosynis, et alijs id generis, quibus iustitiæ uiolatæ satisfacimus, quibus subinde peccata (hoc est, reat⁹ peccati) cõdonantur, remittuntur, purgantur. Id si neglexerit homo dum viuit, sustineat post fata necessum est. Neque enim deus ob hominis inertiam ac negligentiam, legem a se conditam infringere uult. Erit igitur iustitiæ peccata ulcisci, eti amnum in quartam & quintam generationẽ, quanquam offensam remittat, id quod supra abunde commonstratum est. Iam si negligas ipse in te vindicare quod admisisti facinus, deus non modo quia iustus est, sed etiam quia misericors sit, & præstabilis super malitia Exaltat (inquit Iacobus) misericordia iudiciũ, certum locum expiandis animabus designauit. Misericordiæ enim domini est quod nõ sumus consumpti. Is autem locus, ubicunque tandem sit, certum est pro solis ijs deputari animabus, qui necdum sunt in termino, sed in via.

Exod. 20.
Num. 14.

qua itur ad alterum finium, nempe ad gloriã.
Nam qui tartareis receptaculis recludũtur, nõ
expiandi, sed perpetuo cruciandi hinc euolãt.
Atq; ob id Christus inquit: Qui dixerit verbũ
Matth.12. contra spiritum sanctum, non remittetur ei, ne
q; in hoc neq; in futuro seculo. Dicẽs equidem,
neq; hic neq; in futuro seculo, subindicat quas
dam labes dilui post hanc vitam. Certum aũt
est, non illorum qui in inferno sepulti sunt. In in
Iob 26 ferno enim nulla est redemptio, inquit Iob. Erit
Apoca.21. igitur illorum contractas abstergere labes, qui
Matth.12. hactenus in via sunt, qua tẽditur ad patriam.
Nihil enim coinquinatum intrabit in illud, im
mo ne verbuli quidem otiosi pœna, tãtum ab
est, vt sordibus obnoxij ac polluti eo recipian-
tur. Insinuauit hunc expiationis locum & Pau
1.Corin.3 lus, dicẽs: Si quis superædificat super fundamẽ
tum hoc aurum, argentum, lapides preciosos,
lignum, fœnũ, stipulam, vniuscuiusq; opus ma
nifestum erit: dies enim domini (particularis
iudicij) declarabit, qui in igne reuelabitur, &
vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si
cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse
autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.
Obserua quod dicit, quasi per ignem. Neq; ẽm
ignis ille ĩfernalis saluat aut prorsus purgat, sed
perpetuo incendit, perpetuo cruciat, erit igitur
ignis iste purgatorius expiandis animabus de-
putatus. Qui itidem est carcer ille in quem de-
truditur, aut deducitur anima quæ secum fert,
lignum, fœnum, stipulam, hoc est peccatorum
reliquias, pœnas, ac leuia quædã delicta. Hinc
Matth.5. Christus: Esto cõsentiens aduersario tuo, dum

es cum eo in via, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Soluto igitur ære alieno, redditoq; quadrante nouissimo, quem neglexit reddere in corpore degẽs, iam exeundum, iamq; ad sidera scandendum. Eo pertinet & illud quod Paulus resurrectionẽ asserẽs corporum ex obseruato Corinthiorum 1. Cori. 15. more, quo credebãt opera præsentis vitæ a viuis impensa, defunctis prodesse olim, ita argumentatur, eosq; ex suis ipsorum gestis conuincit. Si resurrectio nõ erit, alioqui quid facient q baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui nõ resurgũt, vt quid baptizantur pro illis? Locus hic, alibi vocatur lacus ille, ex quo eripiuntur animæ, qui Christi sanguinis possunt esse participes, cuiusmodi sunt illæ quæ in fide quidẽ ac dei fauore decesserunt, verum nõ tanta in ijs fuit dilectio dei, non tanta animaduersio in propria errata, quantam forsan æquissimo iure exacturus est iustissimus ille iudex. Iam vero q̃q̃ extra eum statum sint quo mereri possint, sunt tamen nihilo secus in corpore Christi mystico, atq; proinde participes esse possunt sanguinis Christi. Hinc Zacharias: Tu quoq; in sanguine testamenti, emisisti vinctos tuos de lacu, in Zachar. 9. quo non est aqua. Et Dauid: Transiuimus per aquam & ignem, & eduxisti in refrigerium. Psalm. 65. Sunt igitur hæ animæ in Christo, quem agnoscunt seruatorem, quem interpellant quotidianis desiderijs. Id quod Iohannes paucis indicat dicens quosdam esse quæ subtus terram agnũ

adorent, animas. Id q̃d non p̃t dici de damnã
Pſalm.iij. tis. Nam eorum ſuperbia aſc. ſemper. Neq; eti-
Pſalm, 62. amnum infernus aut mors confitebitur Chri-
ſtum, ſed magis execrantur dei iuſtitiam, exe-
crantur ſanguinem Chriſti. Sunt itaq; uerba
Iohannis: Et omnem creaturam quæ in cœlo
eſt, & quæ ſuper terram, & quæ ſubtus terram
Apoca. 5. & mari, & quæ in eo ſunt, omnes audiui dicẽ
tes: Benedictio ſedenti in throno & agno. Tri-
Philipp. 2 formem hunc ſtatum et Paulus ad Philip. aſſe
Pſalm rit: In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæle-
ſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lin
gua confiteatur, quia dominus Ieſus in gloria
eſt dei patris. Obſerua quod dixit infernorũ. Itẽ
& Dauid: Educ de cuſtodia animam meã ad
confitẽdum nomini tuo. Cuſtodia hæc alibi in
ferior pars terrę dicitur, non quidem ea in q̃ im
pij, uenefici, canes deiecti ſunt, ſed ea ex q̃ pur
gatis ſcorijs, eripiuntur animæ nonnullæ mori
1. Reg. 2. entiũ. Indicat & idipſum Anna uxor Helca-
nę: Dñs mortificat & uiuificat, deducit ad in-
feros & reducit. E ſpecu illo tartareo nulli q ex
æternæ ſapiẽtiæ diffinito decreto deductæ ſunt
reducunt̃, nã hoc opus erit, hic labor, q̃s iuſtus
ille Iupiter ſemel a ſe proſcripſit, inq; tartarum
detruſit, rurſus reduci, ſuperaſq; redire ad oras.
Accedit quod Iohannes in canonica ſua duo
genera morientium deſcribit, alterum quod e-
iuſmodi peccatis obnoxium eſt, ut precibus a-
liorum abſtergi nequeat, hoc eſt damnatorum
alterum, quod precibus uiuorum iuuari poteſt.
1. Iohan. 5 uerba eius ſunt. Qui ſcit fratrem ſuum peccare
peccatum non ad mortem, petat et dabitur ei

uita,peccanti non ad mortem. Est peccatū ad mortē,nō pro illo dico ut roget qs. Quæ verba certū est nō posse intelligi de ijs,q dū viuūt,ad mortē peccāt, qñqdem pro om̄ibus q̄tūuis fla gitiosis,q̄tumuis ptinacibus orandū,etiamnū pro infidelibus intelligant' igit' necessum est de qbusdā defunctis, qbus suppetias ferre p̄cipimur. Sunt nāq̧ & ipsi participes sp̄ualiū bono rū,eleemosynarū,or̄one, ieiunio oblatione. Nā charitate imbuti sunt,q̄ nunq̄ excidit, q̄q̄ secū patiat' miseriā ac pœnā. Nēpe dū necdū q̄drās ille nouissimus redditus est. Suppetias igit' fera mus ijs oportet,lege charitatis inducti,ut dicit Paulus. Sunt em̄ inuicē mēbra solicita,&. Alt' alterius one. por. Cui⁹ exemplū habemus in Iu da Machabæo,qui facta collatione. xij. milia drachmas argenti misit Hierosolymam offer ri pro peccatis mortuorū, bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos q crediderant,resurrecturos speraret, vanum uideret' & superfluum orare pro mortuis. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis orare,ut a peccatis soluantur. Obserua purgatorij fidē ante Machabæorum tempora fuisse receptā, vtcunq̧ etiamnum liber ipse Machabæorum uel recipiatur, vel inter apocrypha Iudæorum habeatur. Ex ijs facile consequitur,defunctis prodesse suffragia viuorum,potissimum vero sacrificium altaris,missæ,vigiliarum,ac eleemosynarum. Sunt enim & animæ defunctorum inter hominum album conscriptæ. Nam dignior pars hominis anima est, a qua totum denominationem accipit, sed pro omnibus ho

1. Cori. 13.
1. Cori. 12.
2. Mach. 12

minibus orandum est, preces, dona, intercessiones, sacrificia offerēda sunt. Consectarium igitur erit, & pro eorum Manibus qui e viuis fatali necessitudine decesserūt. Quo fit vt ea quę Paulus p̄cipit de episcopi munere, & ad defunctos pertinere. Ea autem sunt: Obsecro primū oīm fieri obsecrationes, oratiōes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Ad idē: Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cōstituitur in ijs quæ sunt ad deum, vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Erit igitur pontificis orare pro defunctorꝝ spiritibus, siquidem & ipsi in album hominum per animam spiritumqꝫ referuntur. Proinde si viuorum adminicula non succurrerēt animabus defunctis, nō tam solicite omnem operam maiores nostri circa sepulturas nauassent. Ob id Sapiens: Mortuo non prohibeas gratiam. Eo autumo respexisse illustres viros, Isaac, Iacob, Ioseph huius filium, Ismael, Iosue, David, Tobiã, et reliquos innumeros, quorum alij septem, alij triginta diebus charorum luxerūt obitum. Accedunt ijs ecclesiæ consuetudo, autoritas, ac receptissimns vsus, quem hactenus obseruatum legimus, cui hactenus nemo nisi temerari⁹ cōtradicere ausus est. Proinde de ijs hactenus.

1. Timo. 2. Hebræ. 5. Eccesi. 7. Gen. 23. & 25. 35. 49. Iosue. ult. 2. Regū. 2

XLIX Infernus non modo ira dei est, ut ex Lutheranis nonnulli fingunt, sed etiam materialis pœna, cum spiritum tum corpus per diuinam iustitiam affligens.

Quãquam superuacaneum videri possit, in

re tam receptissima locos adhiberi aliquot, q̄bus probetur eius fides, cogor tñ ob morosos q̄sdam vnum atq; alterum scripturæ locum adducere, quo cōprobemus inferni pœnas nō modo dei iram, sed etiam corporales inflictiones cum corporis tū spiritus significari. Hinc Christus toties fletum, toties lachrymas, toties tenebras exteriores, toties minitatur ignes ęternos: Qui (inquit) male fecerunt, ibunt in ignem æternum. Itemque. Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Eo pertinet & illud: Ibi erit fletus & stridor dentium. Quæ vniuersa pœnam corporalem important, q̄uis per diuinam iustitiam in spiritum agat. Accedit q̄d Isaias de Luciferi casu ac impiorum om̄ium dicit: detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuū: Subter te sternetur tinea, & operimentuum erunt vermes. Itemq; Dauid: Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorum. Et Isaias: Pręparata est enim ab heri tophet, a rege præparata, profundata & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa, flatus domini sicut torrens sulphuris succēdenseā. Eo pertinet & illud: Bonum est tibi debilem introire ia uitam, q̄ duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Vt igitur corporeis delicijs in deum impij peccauerunt, ita & corporeis pœnis, quanquā nō his solis, quod etiamnum spiritualibus plus nimio torqueantur. Id quod Iohannes in Apo. sua testatur, dicēs; Reddite illi sicut & ipsa red.

Iohann. 5.
Matth. 25.
Matth. 15.
Isaiæ. 14.
Psalm. 10.
Isaiæ. 30.
Marci. 9.
Matth. 18
Apoca. 18

didit vobis, & duplicate duplicia scd̄m opera eius. Moxq̃ʒ: Ideo vna die venient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne comburetur, quia fortis est deus qui iudicabit illā. His omnibus diligentius pensiculatis, id cōsequi necesse est, non solum iram ac indignationē dei esse damnatorum pœnam, sed etiam ignem corporeum, flammam, vermem, luctum, tenebras, & reliqua id genus tormentorum, quibus nō mō spūs, sed etiamnum & corpus ipsum torquet. Quisquis vero has pœnas euadere cupit, id agat, vt constans in vnitate fidei persistat, infractus ac immobilis ijsce maxime temporibus, quibus tam multis imponit libido, multos inescat hæresis, multos ab vnitate fidei auocat pseudapostolorꝝ lenocinium. Verꝝ felicissimus ille, qui per Christi gratiam reportat triūphos, gloriam & honorem.

XLIX Infantibus & recens natis pueris neqꝫ baptismus negandus, neqꝫ proinde aut rebaptizādi, aut ab ingressu cæli excludēdi.

Qq̄ q̄ aduersus rebaptizationes satis superqꝫ olim sit definitū, ne tñ Lutheranorꝝ synagoga nihil nō videat̄ in dubiū reuocare, q̄libet sanctū, q̄libet ab orthodoxa ecl'ia receptū, et hāc proscriptā hæresim refricat, dicens rebaptizādos eos, qui pueri baptisma sacrū rite susceperūt: q̄s tota chorda, vel ob id delirare in confesso est. Nāqꝫ si in circūcisionis locū successit baptismus, vt facile ex Paulo ad Colos. deprehendes: Induentes nouū hoīem. s. eū, qui renouatur in agnitionē dei, scd̄m imaginē eius, qui creauit illum. Vbi nō gentilis & Iudæus, circūcisio

Colloss. 3.

& præputiū, barbarus & Scitha: atqui infans octo dierꝫ adeo obligatus erat ad circūcisionē carnis, vt etiānum interminet̃ illi interitus. Masculus (inqt Moses) cuius ꝑputij caro circūcisa nō fuerit, delebitur aīa illa de populo meo, qa pactū meum irritū fecit. Iam si lege id remedij cessit infantibus, multo magis vbi grã & veritas illuxerunt per Chr̃m. Alioqui aut lex esset euāgelio perfectior, secū adferens aduersus originale pc̃tm̃ remediū, aut peccati tyrãnis gr̃æ dono augustior. Id quod palā damnat Paulus ad Ro. Nā posteaq̃ gr̃æ & peccati inter se cōtulit propagatores, hoc ē, Adamū illū terrenū peccati mortisq̃ autorē, & Chr̃m supcæleste gr̃æ & vitæ propgatorē, mortisq̃ triumphatorē, ita infit: Sed nō sicut delictū, ita & donū. Si eĩ vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gr̃a dei et donū, in gr̃a uni⁹ hoīs Iesu Chr̄i in plures abūdauit. Itaq̃ si delicto unius plures reddimur obnoxij, etiā nescij, & rōnis īpotes, q̃to magis gr̃a Christi sese locupleti⁹ infundet, adeoq̃ insinuabit aīæ regnātæ prolis? Fortior eĩ atq̃ mlto abūdantior ē gratia ac dei erga hoīes fauor, q̃ pc̃ti tyrãnis. Aeqssimo igit̃ iure statuit diuina prouidētia, ut qui aliena macula abalienant̃ ab hæreditatis cōsecutione, aliena & ope adiuuēt̃, hoc ē Christi, q ad id datus est mūdo, vt tollat pc̃tā, vt eos q procul atq̃ lōgo a se dissidebāt interuallo, in vnū corpus cōsuat atq̃ cōtexat. Palā fit ea res ex ꝓcepto baptismi Nicodemo dato: Amē amē di. vo. nisi qs rena. fu. denuo (vel vt alij hn̄t desupnis) nō ꝑt videre regnum dei. Moxq̃ seipm̃ interpretat̃ (Christus, de qua renascen-

Genesi. 17.
Roman. 5
Iohann. 1.
Iohann. 3.

tia intelligenda sint verba eius: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Audis hic Christum sine vllo personarum delectu pronuntiare: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Non hic masculus, non fœmina, non senex, non infans, vel excluditur, vel excipitur. alioqui neque Christus perfectus erit mediator dei & hominum, siquidem infantes rebaptizandi sunt: quando quidem non intercessit inter eos, qui aliena sola noxa proscripti sunt, si quando fatis cesserint ante eam ætatem, qua in Christum credant, id quod non tam falsum, quam impium est. Adde quod toties scriptura testatur: Apud deum non esse personarum receptionem, non masculi, non fœminæ, non Iudæi, non Græci, vllum discrimen: sed quæ infirma sunt, illa elegit, repudiatis non semel robustis, et potentioribus. Atqui si infanti, qui dei imaginis particeps est, qui peccati filius aliena culpa natus est, imbecilliori subinde ætate circundatus, per quem adeo nihil stat, quo minus credat, siquidem huic baptizato ad regni aditum præcluderet, iam & personarum delectus esset apud æquissimum simul et clementissimum iudicem, esset & multis tyrannis crudelior, vt qui confugientem ad se repudiaret. Verum, inquies, qui confugiet, qui non assentit trahenti, qui non credit, non amplectitur verbum, non confitetur ad salutem. Miror rebaptizatores, adeoque vniuersos Luteranæ factionis, ex qua ceu Lerneo specu proruperunt, principes, hic assensum intellectus, hoc est credere exigere in pueris, cum alias hunc inficiascant in adultis, Nam qui nihil

tribuunt libero arbitrio, in opere meritorio, qui omnia per spiritum interne agi dicunt, qui solū passiue liberꝝ arbitrium concurrere autumāt, quid aliud faciunt, q̄ adæquant quamlibet ingenio, volūtateq; potentes, quibuslibet nuper natis infantibus. Atq; hic vides q̄ sibi hæc hęresis cōstet, id est, q̄ seipsam destruat. Cæterum quanquam infans aliena ope ad baptismi sacramentum cōfugiat, quanquam propria voluntate non credat, adeoq; confiteatur ad salutem, suppetit tamen illi fides parētum, adeoq; totius ecclesiæ. Sic tulit suppetias fides aliena non paucis per Christum seruatis, ac in integrum restitutis. Id quod in Matthæo manifeste testatur: Videns Iesus fidem illorum, dixit: Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua, sic & iuuit centurionis filium, vt eadem qua Christus dixit hora: Non inueni tantam fidem in Israel, a febri absolueretur. Sic Cananeæ filiam a dæmonis obsoluit iniuria. et in iuuene, quē in ignē deiecit nō semel dæmoniū, paterna fides obtinuit liberationem. Profuit nonnihil & resuscitato Lazaro fides Mariæ et Marthæ. Certum enim, Lazarum tum nō ea fide imbutum, qua in Christum corde crederet, & ore cōfiteretur, & tamē a mortis faucibus eripitur, inq; robur pristinę uitę restituit̄. Iam si tā efficax fuit fides aliena in adultis, cur non idem tribuamus infantibus? cur eandem fidei gratiam denegemus, aliena labe prægrauatis? Potissimum vero cum Christus omnes velit seruare, quatenus ad se attinet: Venit (inquit) filius hominis quærere & saluū facere, q̄d perierat. Atq; periit in-

Matth. 9.
Matth. 8.
Matth. 15.
Matth. 17.
Iohan. 11

fantis aīa. Nā oēs nascimur filij iræ, & egemus gratia dei, eguit igitur & gratia recuperante, quā dubio procul p Christū adepta est, qui toties sese obuium atq expositum facit pueris: Sinite (inquit) pueros venire ad me, taliū em̄ est regnū cælorum. Audiant hæc hæretici, & ringantur. Christus paruulis promittit regnum cælorum, qui Christo aduersantur, ijs præcludunt, obserant. Accedit quod Paulus plenis verbis testatur: Quicunq baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Apertius quoq ad Galatas: Quicunq enim in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis. Nō est Iudæus, neq Græcus, non est seruus neq liber, nō est masculus neq fœmina. Oēs em̄ vos vnū estis in Christo Iesu. Si aūt vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, scd̄m promissionē hæredes. Habes hic manifeste, neminē nō admitti ad baptismi cōsortium. Siquidem plerisq in rebus, quæ ab humanis affectibus pēdent, cōditionis, ætatis, ac personaꝶ discrimen habetur, hoc solū beneficium deus vt gratuitū esse voluit, ita voluit omnibus esse cōe. Quin vt figuræ respōdeat res ipsa, quemadmodū oēs patres & iuuenes & infantes, matrūq hubera lābentes, in nube ac Mose baptizati sunt, vtq arca octo aīas seruauit, ita & baptismo nō iā adulti, sed & infantes in familiā asciscimur Christi. cōis em̄ ē ad uitā ianua. Sic Paulus testa ̄t se q̄uis potissimū ad p̄dicādū Chr̄m missus fuerit, nō iam solū senes, & prouectioris ætatis hoīes baptizasse, sed & domū Stephanæ, & Lydiæ purpurariæ cū omni familia. Ex qua, nulli du-

bium est, & infantes aliquot fuisse, qui Christo insititij facti sunt, vt q̃n̄q; verũ sit q̃d spũs sanctus per hos proclamat: Ex ore infantiũ & lactentium deus perfecisti laudẽ tuã, vt destruas inimicum & vltorem, videlicet hæreticos Zuiglios, Baltasaros, & id generis alios Pelagiani dogmatis astipulatores. Iam q̃n̄ constet paruulos uere per baptismum initiari Christo: at q in Christo sunt, nihil persentient damnationis, modo in eo perseuerent, vt palam fatetur Paulus: Nihil igitur (inquit) dãnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu: Erunt igitur hæredes dei, cohæredes Christi, quanq̃ paruuli sint, & sub pædagogia vsq; ad præfinitum tẽpus a patre: interim tñ participes facti testametorũ, interim si hinc discedant, sequentur agnum quocunq; ierit, interim non excludentur ab æterna felicitate. Porro cum verũ baptisma consecuti sint, frustra alterum adhibetur, Paulo teste, qui ait: Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad deum, baptismatum doctrinæ, & reliqua, quę copiosissime aduersus rebaptizatores disputat. Atq de hac re fusius in titulo de sacramento baptismatis initerabili. Probant hanc nostram sententiam, non modo tot scripturæ, sed & totius ecclesiæ catholicæ autoritas, & receptissima consuetudo, quibus sese merito filij subijcere debent. Atq; ob id Augustinus: Consuetudo matris ecclesiæ in baptizandis paruulis nequaquã spernenda est, neq; vllo modo superflua deputanda, neq; omnino credenda, nisi ap̄lica esset traditio. Verũ de ijs satis superq;, non tam ponti-

Psalmo. 8
Roma. 8.
Galat. 4.
Hebræ. 6.

ficijs decretis, q̄ imperatorijs legib. sancitū est, adeoq̧ detestantur eæ reiterantes sacrum baptisma, ut in eos vltimi supplicij pœnam denūtient. Quam nuper dux Palatinus princeps elector sub initijs principaliū comitiorū, quæ Spiræ instituta erant, in quosdam huius hęresis autores, & defensores, egregie simul & iustissime executus est, intelligens opinor, se non sine causa gladium ferre. Ad hoc enim potissimū vsus gladij permissus est Christianis principib. ut sit timori malo operi, vt in eos vim suam exerceat, q seditiones, parricidia, schismata, blasphemias, & id genus alia, aduersus q̄ Paulus strenue pugnat, excitant, perpetrāt, procaciterq̧ committūt. Alioqui nisi in hos, aliorūq̧ similes animaduertas, sustuleris omnem iustitiam,
Augustin. omnem tranquillitatem, & reipubilcæ Christianæ pacem. Sublata vero iustitia, qd erūt regna, nisi mera latrocinia? Atq̧ id est cur Paulus omnem animam subiecerit sublimitatib⁹, eam vero maxime, quæ male agit: Si (inquit)
Roma. 13. malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat, dei em̄ minister est, vindex in irā ei, q male agit. Hæc vtinam verba ob oculos posuissēt moderatores reipublicæ Christianæ superioribus annis, dum primum radices figere cœpit Lutherana factio, sustulissentq̧ e medio autores maloꝝ dogmatum, ne longius radices suas sparsisset hæresis, tum non tanta strage, tātoq̧ sanguine, non tot viduitatibus Germania maduisset. Sed vbi parcere paucis contendūt, desæuire in multitudinem rudem cogūtur. Faxit deus, vt q̄nq̧ nostris exciti malis, re-

tus succurramus deploratis, vt ignauia depulsa, expergiscamur, non iam ad mansuetam vbi dei vocem, sed ad bellicos strepitus ad bombardarum sonitum, ad tubarum clangorem. Omnia enim classicum occinunt, & quæ foris, & quæ domi aguntur, Interim vero pauci admodum sunt, qui percipiant corde, qui sentiant vlcus, qui suppetias ferant. Verum de ijs alias pleraq; multa.

## Conclusio libri ad lectorem.

Habes candide lector, Enchiridion hoc nr̄m, paucis ac ceu succisiuis operis absolutum, in q̄ non spectabis verborum corticem, sed medullam, non carnem, sed spiritum, non verborum duritiem ac inconcinnitatem, sed materiæ ac rei maiestatem. Est enim causa fidei, in qua nō verbis, non prudentia carnis certandum, sed spiritu, sed ueritate, quæ olim triumphabit, vtcunq; iam ab hominibus conculcetur, vtcunq; iacturam patiatur. Vincit tamen si quando diligentius examinata fuerit. Huius amore ductus volui quatenus pro exilitate ingenij mei potui, in hoc opere non modo illustrissimo principi, sed quibuslibet amicis morem gerere, his maxime, apud quos hactenus a contionibus fui. Quandoquidem id meis contionib. accidit, quod Paul⁹ testatur, dum se alijs odorē vitæ in vitam, alijs odorē mortis in mortem dicit positum, quod & ijsce temporibus vsu non semel venisse compertissimum est. Siquidē abusus tangas, mox obmurmurāt ab eccl'iasticis,

superciliosus est, aliena a nostris moribus prædicat: Sin contra, Luteranos vel acu pungas, adulator est, corruptus, hypocrita. Atq; inter hæc ueritas triumphabit, utcunq; Nicolaus iaceat, vtcunq; insaniat, vtcunq; hos vel illos notet, tangat, arguat. Hunc igitur laborem meū debeo partim Christo, immo totum (nā eius uel solius gloriam specto) partim amicis, quorum consilijs hanc scribendi prouinciam suscepi. In quo si non satisfeci lectori, ex ijs huberius requirat scriptoribus, qui de hac re fusius scripserunt. Ego certe angustius scripsi, q̄ ea causa exigebat, quoniamquidem per negotium fusius scribere nō licuit. Vale Christianissime lector, Coloniæ ex ædibus magnifici simul & iuris consultissimi uiri ac doctoris dñi Iohannis Rinck, studiorū meorum vnici Mœcenatis, decimo sexto caleñ. Aprililis. Anno domini.

M. D. XXIX.

# TRACTATVS F. NICOLAI HERBORN

Minoritani, de generalibus notis veræ ecclesiæ Christi, & Satanæ Synagogæ, siue adulteræ.

## Ex fructibus cognoscetis eos.

VNam eē catholicoꝝ oīm ecclesiā, super primariū lapidē Chrm̄ fundatam, oīm calculis atq; numeris & receptū est, & probatū, Veꝝ q ad hanc pertineant, nō ita int̄ oēs conuenit, Quanq̄ interim nomenclaturā ecclesiæ nulli non ad se rapiant, nulli non sibi deputent, hanc iactant, hac gloriantur vniuersi. Nemo enim est, seu veterem fidem, seu recens & nuper natam perfidiam, professus, qui nō clāq;, palamq; fateatur se huic manus dedisse, huius alūnū, filium, menbꝝ, ouiculā, reclamātib. tn̄ interim tum morib. tum factis multoꝝ, Et, quemadmodum Paulus q̄rit̄, confitent̄ se nosse deū, factis aūt negāt, ita q̄q; sunt pleriq;, ecclīæ noīe tenus addicti, adeoq; deuincti, ut mē bratim malint discindi, q̄ ad hac vllo pacto diuelli, q̄ꝝ tn̄ si doctrinam axamines, si vitam spectes, si mores explices, ad quamlibet aliam sectam potius, quam Christi familiam pertinere iudicabis. Quotus enim est, in cuius dogmatis synceriter, ac simpliciter, teluceat cœlestis illius philosophie simulachrū & tn̄ interim vertunt, castigant, restituunt, cōmentant

scripturas. Quotus qui non ambiat honores? Qui non plausu oblectetur populi? Qui non auaritiæ æstu cæcutiat? Qui non odio, maloque zelo succensus, & sermonem, & calumnium, in innocentes perstingat, si quando vel minimũ, ab improbis licet, offendatur? Sileo interim luxũ, sileo corruptissimos mores, q̄bus cũ sacri, tũ prophani, cõspurcati sunt, adeoq; cõtaminati, vt vix vllũ vestigiũ, q̄libet oculatus fueris, veræ pietatis deprehendas. Atq q̄libus q̄libus tandẽ sint imbuti tũ opinionibus, tũ factis q̄uis ab alienati ab ecclesiasticis institutis, q̄tũlibet secus atq; Christi ecclesia, sentiant, doceant, viuant, nihilo tamen minus audent sibi de nomine blandiri, audent obstrepere id ipsum, quod Iudæi olim: Templum domini. templum domini, templum domini hic. Adeste huc q̄tq̄t salutẽ indipisci cõtenditis, q̄tq̄t seruari ꝑcupitis, hic ẽ Chr̄s, atq; proinde hic eccl̄ia, hic mr̄ nr̄a, hic tabernaculũ dei cęlitus dimissum, hic Petri nauis, hic oĩm tutissimu asylum, hic oĩm q cataclysmo perire nolunt arca, hic oĩm sacramentoꝝ Thesauraria, adeoq; hic solum est corpus, q̄d vitalis ille spiritus influit, e diuersis mẽbris ordine q̄dã pulcherrimo sibi inuicẽ cohærentib. compactum, & coagmentatũ. Audis lector concordẽ oris cõfessionẽ, q̄uis ex diuerso fomite promat. Audis eccl̄iæ nomen ab oĩb. inculcari. Quotus eñ est q nõ iactet hoc ipsum? Sed siste parꝑper gradũ, & (q̄d prouerbio terit) explicito, diducitoq; Sylenos: id vbi feceris (factũ aũt ꝑfacile, mõ intra eccl̄iæ vnius septa cõsistens, Chr̄i gl̄iam, solũ species) tũ

dephẽdes, cui parti tuũ calculum adijcias. Verum, vt nõ declinet amussis, vt nõ in selegẽdo aberres, notas aliq̃t ob oculos tibi gñales deliniauimus, ac ueluti depinximus, q̃bus tuum iudicium iuues, tuã fidẽ de Chr̃i vnica spõsa, cõmunias, & ita demum ei adhereas, q̃ intelliges eẽ verã, legitimã, immotãq; v̄itatis ac fidei columnã, q̃q; in re fidei neq; fallat neq; falli possit, a q̃ quicunq; rebelles desciscunt, parũ abest, quin ad Synagogam satanæ deficiant, Noti. s. ac spurij facti.

Pr̃icipe itaq; loco obserua, uerã Chr̃i eccl'iam, ex vnitate dep̃hẽdi fidei, cum in deum, tum in sacramẽta, relatæ. Nanq;, vt vnus deus, ita & vna fides, vnum baptisma, vnius euch. sacrificium, sic cætera deniq; adeo profecta, oĩa credẽda sunt fidelib. Atq̃ in hac unitate, eccl'ia ab apl'orũ in hæc vsq; scl'a, semp̃ eadẽ p̄stitit, immobilis semp̃, semp̃ sibi cõstãs, semper idẽ definiẽs, eadẽq; dogmata inculcans, nõ in partes scissa, q̃uis diuersos ministros, diuersis tẽporib. habuerit, nõ in sectas diuisa, q̃q̃ a tyrãnis, hæreticisq;, impetita. Quin potius idip̄m tota sentit, idẽ perpetuo cõfitet̃ ac docet, ut miraculi uice haberi possit, tãto int̃ se disiectas intervallo eccl'ias, idẽ, eodẽ pene mõ, inculcare, eodẽ itinere ĩcedere, potissimum cum toties in diuorsum rapere, conati sint hæretici, Verũ perstitit adv̄sus oẽs malorũ dogmatum adsultus, infracta, perstitit porro ĩmota, Impeti potuit, vinci ac porro ev̄ti nõ potuit. Neq; eñ vnq̃, vel latum digitum, ab ap'lica fide deflexit, Idẽ eñ q̃d Petrus & Paul' eccl'iæ sacrosanctæ columina, sen

scripturas. Quotus qui non ambiat honores? Qui non plausu oblectetur populi? Qui non auaritiæ æstu excutiat? Qui non odio, maloque zelo succensus, & sermonem, & calumum, in innocentes perstingat, si quando vel minimũ, ab improbis licet, offendatur? Sileo interim luxũ, sileo corruptissimos mores, qbus cũ sacri, tũ prophani, cõspurcati sunt, adeoq; cõtaminati, vt vix vllũ vestigiũ, qlibet oculatus fueris, veræ pietatis deprehendas. Atq qlibus qlibus tandẽ sint imbuti tũ opinionibus, tũ factis quis ab alienati ab ecclesiasticis institutis, qtũlibet secus atq; Christi ecclesia, sentiant, doceant, viuant, nihilo tamen minus audent sibi de nomine blandiri, audent obstrepere id ipsum, quod Iudæi olim: Templum domini. templum domini, templum domini hic. Adeste huc qtqt salutẽ indipisci cõtenditis, qtqt seruari pcupitis, hic ẽ Chrs, atq; proinde hic ecclia, hic mr nra, hic tabernaculũ dei cęlitus dimissum, hic Petri nauis, hic oĩm tutissimu asylum, hic oĩm q cataclysmo petire nolunt arca, hic oĩm sacramentorũ Thesauraria, adeoq; hic solum est corpus, qd vitalis ille spiritus influit, e diuersis mẽbris ordine qdã pulcherrimo sibi inuicẽ cohærentib. compactum, & coagmentatũ. Audis lector concordẽ oris cõfessionẽ, quis ex diuerso fomite promat. Audis ecclię nomen ab omib. inculcari. Quotus em est q nõ iactet hoc ipsum? Sed siste paruper gradũ, & (qd prouerbio terit) explicito, diducitoq; Sylenos: id vbi feceris (factũ aũt pfacile, mõ intra ecclię vnius septa cõsistens, Chri glĩam, solũ species) tũ

dep̄hēdes, cui parti tuū calculum adijcias. Verum, vt nō declinet amussis, vt nō in selegēdo aberres, notas aliq̄t ob oculos tibi gn̄ales deliniauimus, ac ueluti depinximus, q̄bus tuum iudicium iuues, tuā fidē de Chr̄i vnica spōsa, cōmunias, & ita demum ei adhęreas, q̄ intelliges eē verā, legitimā, immotāq; v̄itatis ac fidei columnā, q̄q; in re fidei neq; fallat neq; falli possit, a q̄ quicunq; rebelles desciscunt, parꝝ abest, quin ad Synagogam satanæ deficiant, Noti. f. ac spurij facti.

Prīcipe itaq; loco obserua, uerā Chr̄i eccl̄iam, ex vnitate dep̄hēdi fidei, cum in deum, tum in sacramēta, relatæ. Nanq;, vt vnus deus, ita & vna fides, vnum baptisma, vnius euch. sacrificium, sic cætera deniq; adeo profecta, oīa credēda sunt fidelib. Atq in hac unitate, eccl̄ia ab apl̄oꝝ in hæc vsq; scl̄a, semp̄ eadē p̄stitit, immobilis semp̄, semp̄ sibi cōstās, semper idē definiēs, eadēq; dogmata inculcans, nō in partes scissa, q̄uis diuersos ministros, diuersis tēporib. habuerit, nō in sectas diuisa, q̄q̄ a tyrānis, hæreticisq;, impetita. Quin potius idip̄m tota sentit, idē perpetuo cōfitet̄ ac docet, ut miraculi uice haberi possit, tāto int̄ se disiectas intervallo eccl̄ias, idē, eodē pene mō, inculcare, eodē itinere īcedere, potissimum cum toties in diuorsum rapere, conati sint hæretici, Veꝝ perstitit adv̄sus oēs maloꝝ dogmatum adsultus, infracta, perstitit porro īmota, Impeti potuit, vinci ac porro ev̄ti nō potuit. Neq; em̄ vnq̄, vel latum digitum, ab apl̄ica fide deflexit, Idē em̄ q̄d Petrus & Paul⁹ eccl̄iæ sacrosanctæ columina, sen

ſcrere, ac docuere, & Clemẽs, & Clet⁹, & Gregorius magnus (id q̃d & lr̃is proditũ eſt) idem & cæteri oẽs deniq; cõfeſſi ſunt, q̃tq̃t tandem ſucceſſerunt legitime. Quin etſi quãdo, ut hoĩes erãt, alio vel vlla ex parte declinare cœpere ꝑſonę aliq̃t, integra tñ ſemp, & ipſis inferorum portis robuſtior ꝑmanſit, & ecclĩæ vnius autoritas, & fides ipſa, Iã ſi huius ecclĩæ paſtores, ſi doctores, ſi interp̃tes, ſi deniq; ſctĩmonia illuſtres oẽs viros, intus examines, adeoq; hoꝶ & vitã, & eruditionẽ introſpicias, non ſecus ſcripſiſſe, aut docuiſſe cõperies atq; ab apoſtolica traditione in hos cũ fide, & ſacra ſpũs ſctĩ charifmata, propagata ſunt. Nõ em̃ ſecus, de ſacramentis, nõ ſecus de ſacrificio eucharistico, nulli alit̃ de autoritate ecclĩæ, dę cõmuni ſenſu ſcripturę, idq; gñis alijs, ſcripſere olim p̃res, atq; nũc ſcrib. q ex Theologoꝶ ſunt claſſe Scolaſticoꝶ, q̃uis interim ipſa phraſis multo ſecus incedat, cõſtet, ac incurrat. Aq hæc fidei nihil detrimenti intulit, nulla ſchiſmata inuexit. Perſtat eq̃dẽ, Chr̃i promiſſione roborata. Et portę inferoꝶ nõ p̃ualebunt aduerſus eã. Et ego rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua. Contra adultera hæreticoꝶ ecclĩa, deũ immortalẽ q̃ ſemp eſt inſtabilis ac uaria, inq; multas ꝑtita ſectas, ſi quis propius huius faciẽ contẽplet ur. Quas em̃ prodigioſas nõ pullulat opiniones? Vtq; exẽpli nõ nihil attingam, Luterana cohors ita ſacrificiũ euchariſticũ inficiũt, ut nihilo ſec⁹ teſteẽt adeſſe corp⁹ Chr̃i, q̃uis & ĩ hac confeſſione nõ paꝶ multũ ab vniuerſali eccleſia diſſideat, ita em̃ v̱ba Chr̃i interp̃tãt: Hoc

In Captiu. babi.

est corpus meū.i.hic est panis. Huic ex diametro obsistit Oecolāpadiana, Zuingilina, Carolstadiana, solūq; signū, & pterea nihil adeē uociferās, Nō hæc corpus sub pane agnoscit, sed solū panē dētibus rodit, lacerat, masticat. inq; stomachū traijcit, Luterana ecclesia cui bona pars Missinæ ac Hassiæ cessit, anabaptistas, vt extorres a ṽitate, diris execrationib. deuouit, Quæ huic pugnat, Baltasarina adeo rebaptisare cōtēdit oēs, vt etiānū infantibus aditū cælestis regni pcludat, Iā si cæteras in medium proferam⁹ Chimerinas structuras, qbus citro q; vltroq; a seipsis, adeoq; a suis ipsorum dogmatibus dissident, in immensum excrescit opus. Siqdē alibi fatet̄ Lutherana, nihil dānationis esse ijs, q sunt in Chrō, alibi recēs baptizatos infantes ob pctm̄ q̄d remanet, remorar̄ a cœli ingressu, Est vbi suadet, vt secū expiationis locū, q manibus ex diuino decreto nōnullis deputatus est hinc abeūtibus, credamus, rursus q̄si subpudeat eū ṽitatis, hūc ipsum neque probari, neq; extare vspiā cōtēdit. Vide igitur lector q̄to intuallo meretrix ecclīa, & ab vniuersali, ac a seipsa dissentiat, teq; intra eius septa cōtineas, cuius idē semp in fidei causis iudiciū. Neq; etiā si angelus dei de cęlo descēdat aliudq; doceat, atq; hæc docuit, credas, multo minus si homūtio qspiā ex mēdacijs coalitus, Vera ecclīa catholica, totū per orbē sparsa atq; diffusa est, non in angulū aliquē coacta, nō angustis circunsepta finibus, sed vbiuis locorū, huius fidem, huius Ministros, huius deniq; sacramenta palam agnosces. Extabat olim apud paucos, cum q ex Iudæorū, tū q ex Gen- Galat. 1.

tilium erant natione, dei ecclesia. Verum hanc dilatandam ultra mare & Aphricum, & Aquilonem, & ad occidentem, & ad orientem, pluresq; fore filios desertæ, quam eius, quæ tum habuit virum, vaticinijs prophetarum prænuntiatum est. Agnoscunt hanc, qui totam Europam fere inhabitant, qui Italiam, qui Galliam, qui Hispaniam, qui Britanniam, qui Pannoniam, deniq; qui totam incolunt Germaniam. Hanc venerantur omnes, huic manus dederunt, huius decretis iussisq; obsequuntur. A solis enim ortu vsq; ad occasum, ab Aquilone vsq; ad mare magnum nomen eius, nō iam inter Iudæos vt olim, sed inter gētes, inter Barbaros, & Scythas, & quotquot tandē sunt qui ad huius gremium confugiunt. Notha autem ecclesia, tam est in arctum detrusa, tam angustis finibus circumscripta, vt ne nomen suum tueri possit, si hāc catholicam dicere volueris. Quin vt citra inuidiā liceat fateri id quod est, si hāc ad Iudæorū, qui hactenus relicti sunt, synagogam exigas, reipsa colliquescit, multo plures esse hodie Iudæos, q̄ Luteranos, Oecolampadianos, & id genus alios, huius meretricis antisignanos, quiq; a Romana desciuerunt ecclesia. Quam tametsi Lutherani, vt Babylonicā, tam eṁ impie male feriati homines de ea loquuntur, meretricem abhorreant. Fateātur tamen oportet eam esse, ex qua Latinis omnib. propagatum est euāgelium, adeoq; religio tota deriuata. Cui sententiæ nostræ qui nolet accedere, uel maiorum voluat annales, disperéā, nisi reipsa ita cōperiet, vti præfati sumus. Ve-

ræ ecclesiæ adeoq; apostolicæ inditium ē, quod a Christo ædificari cœpta, quæ ab apostolis, potissimum Petro & Paulo fundata, atq; absoluta est. Nam quamuis & alijs apostolis certarū ecclesiarum cura fuerit demandata, multæ tamen ex ijs vel infidelibus, vel hæreticis cesserunt. Atqui hæc qua degimus Latini, nunq̄ est destituta legitimis verbi ministris. Dedit (inqt Paulus) quosdā quidem apostolos, quosdā pro- Ephes. 4.
phetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei. Collige hoc loci lector, ac alta mente reconde, quod ait q̄sdam ministros ecclesiæ datos, vt mysteria consummantur, vt Christi corpus mysticum, coalescat, grandescat, ac coagmētetur, donec oēs tandem ad par fidei robur perueniamus. Verum quando id fore putamus? Tum quando vltima iudicij et examinis dies instat, quando filius patri regnum pacatis om̄ibus traditurus est. Interim igitur eccl'a suos habet ministros, 1. Cor. 15.
habet & CHristus suos cooperatores & coadiutores, qui perpetua quadam successione, alij post alios suo defungātur officio oportet. Eiusmodi igitur cooperatoribus adornata est vera CHristi ecclesia (nisi quis tam impudens sit ut fefellisse CHristum ecclesiam contendat) & in hæc tempora vsq; cum literis, cum viuæ vocis oraculo feliciť instructa, directa, disposita. Neq; enim in eam sententiam sum iturus vnq̄, vt assentiar ijs, qui præter id quod sacris & nudis

literis proditum est, aliud nihil posteritati reliquisse autumant apostolos, cum inconfesso sit, multo illos plura scripsisse, docuisse, atque etiã ordinasse, q̃ canonicis continetur libris. Quin si dicamus quod res est, antea q̃ scribere cœptũ est, multa decreta, multa prædicata, multa sancita deniq;: at vbi a recepta fide, atque a receptis apostolorum decretis deficere cœpere, tum literis opus erat reuocare ad pristina instituta: tum ne quæ vel gesta erant præclare, vel prædicationi inculcata fideli interciperentur; intercipi autem poterant vel temporum vicissitudine, vel hæreticorũ dolis, vel tyrannorum machinis, literis sunt cõcredita. Cessit id ad nostræ fidei robur: quanquam enim mortales omnes, suo creatori fidei obsequium debeant, nõ quia hæc aut illa scribi permisit (nusquam enim cõperies, quod iusserit euangelistas ea quæ docuit excipi papyraceis chartis) non quia mira q̃dam et supra humanum captum operatus, sed quia ipse dixit, sed quia veritas (ut ita dicam) ipsissima, cui suĩpsius gratia credendum: instigauit tamẽ quosdam viros cum eruditione, tũ sanctimonia illustres: qui &si non vniuersa, id enĩ ne mundus quidem possit totus (Iohanne teste) ad scriptitandum calamum instruerẽt, quo videlicet & studiosi haberent, quibus pro solatio sanctis vterentur scripturis, & vniuersi ob oculos certam viuendi & credẽdi normã graphice depictam. Interim tñ nõ repudianda ea quæ in aurem erant transfusa sanctissime, ac ueluti ex traduce in nos deriuata fidei, morũq; decreta. In hac sententia cũ Paulum fuisse con

ftat, qn̄ Corithios ob receptas, hactenusq; ob-
seruatas traditiones laudat: qn̄ & Thessaloni
cen. vt teneant ea, q̄ seu per epistolā, seu per ser
monem didicerint, cōmonefacit, tum Irenū, at
q; hos secutum Aug. Itaq; sine multo impen-
dio nostræ ecclesiæ, hoc est ap̄licæ originē exhi
bere possumus, ædere fundamenta, monstrare
etiam digito ep̄os, doctores, sacerdotes: porro
ministros oēs, porro oīm officia, ordinem. Con
tra notha ecclesia, nullos habet suoꝝ conuenti
culorum ac dogmatū asseclas, autores nullos,
nisi olim vltra Sauromathos præscriptos aliq̄t
Ganniones, ac in cineres resolutos, quibus ne-
mo nisi a Christo alienus manus dedit. Quin si
quos habet, de quibus iuste gloriari queat, pro
ferat in lucem. Extant enim annales, extāt ve
terū gesta, prostant præclara monimenta, ver
set reuerset, nusquam tamen comperiet quibus
sancte ac sine pudore uiros, suæ fidei originem,
si modo hoc nomine dignæ sunt hoꝝ opiniōes,
ferat acceptam. Quod si maxime apud se fin-
gat esse apostolicam ecclesiam. Det nobis do-
gmatum suoꝝ testimonia, probet se Christi spi
ritu imbutam, & vt Tertulliani vtar verbis
in de præscriptione hæreticoꝝ: Edat suarū ec-
clesiarum origines, edat episcopos, edat prima
tes, ac maiores, deniq; & successores perpetu-
os. Certum enim vt verbum domini æternum
est, ita & ministros habet, perpetua denuatiōe
sibi inuicē succedētes. Vides lector qua ansa te
neant, q adulteræ ecl̄iæ suū calculū subiecerīt.
Neq; etiā ob id a v̄itate stabūt, siqdē suā eccl.
vna cū ministris fingāt inuisibilē, et soli deo co.
(gnobilem. N

palam Christus testatur: Vos eritis mihi testes in Hierusalem, & vsque ad vltimum terræ. Atqui fieri potest, vt testentur, asserantque CHristi regnum, si porro sint inuisibiles, si nemo sit qui hos audiat? Fides enim ex auditu, id quod non inuisibilibus spectris, & quæ carnē & ossa nō habēt manibus, sed hominibus ex corpore cōstantibus competit. Quo circa ecclesiam toties sub corporis imagine ac similitudine describit Paulus, ne quis hāc porro credat inspectabilē.

Roma. 10

Ridiculum ergo est, & non vnis Anticyris dignum, quod Franciscus Lamperti alicubi testatur, ecclesiam dei inuisibilem. Qñ toties & Christus & Paulus hanc certis notis depingāt, effigiāt, ministrorum videlicet ordine, officijs: dein & operibus fidei, & charitatis, & id generis alijs, quibus plena sunt castissima dei eloquia. Tum vero profuerit & hanc notam addere, si penes quem audis scripturas nō alio torqueri, q̄ germanus sensus expostulat. Germanum vo sensum cum ingenue appello, cui tota ecclesia catholica, adeoque om̄es patres, omnia cōcilia, om̄es scholę denique subscripsere, suntque amplexati. Ad hoc enim datus est Christi spiritus ecclesiæ in præceptorē, ut hanc a dubijs eximat, ne perpetuo paruulorū instar, fluctuet ad omnem ventum doctrinæ, sed ijsdem votis, eodem ore, eademque animi sententia, idem profiteatur. Profitebitur autem, si non aliud atque aliud dogma suscipiat, si nō ab ea fide deflectar, ab eoque sensu diuaricet, qui nō modo vulgi, q̄d sæpicule iudicio claudicat, opiniōe, sed optimorū q̄rumlibet, tū & eruditissimorum cōsensu recę

Libro aduersus monasticen.

ptus est, totq; seculis ac ætatib. probatus. & in iusta possessiōe habitus. Cōtra q̄ desciuit a suo sponso meretrix, Iesu bone, q̄ aliena a cōi sensu ecclesię fingit, q̄ pugnantia germanis scripturis excogitat? Quin vt sua q̄uis impia dogmata mūdo inuehat, ad illibatissimas scripturas, addit sua somnia, has lacerat, has multis in locis astutius corrūpit, id q̄d facile ex theutonica Luteri v̄sione deprehendes. Sic, etsi q̄ Oecolāpadius ex Chrysostomo latinitati donauit ea, vbi aduersabant, vel purgatorio, v̄l libero arbitrio, vel eucharistico sacrificio, tum infideliter tum impie interp̄tatus est. Id q̄d & doctissime nup Germanus Brixius aī aduertit, apertiusq; ōndit, penes hunc neq; fidem esse, neq; Græcarum literarū eximiā quandā ac raram peritiā, Itaq; q̄cunq; tandem ad adulterinā ecclesiam pertinent, secus facere nequeunt, atq; olim hęreticos fecisse D. narrat Hiero. Vt (inq̄t) de cęteris epistolis taceā, de q̄bus q̄cq̄d cōtrarium suo dogmati viderant, eraserunt: nōnullas integras repudiādas crediderunt, ad Timoth. videlicet vtrāq;, ad Hebræos, & ad Titum, quā nunc conamur exponere. Etsi quidē redderent causas cur eas Apostoli nō putarent, tentaremus aliquid respondere, & forsitan satisfacere lectori. Nunc vero cū hæretica autoritate pronuncient, et dicant: Hæc Pauli, illa nō est, eadē autoritate refellise pro v̄itate intelligant, qua ipsi nō erubescunt falsa simulare. Quid enim aliud ījsce temporibus faciunt impīj schismatici et desertores filīj, quām quod Marciō fecit, q̄d fecit Basilides, quod Tacianus Eucraticarum

princeps? Qui vbi aīaduerterent se suam perfidiam, q̄d literis diuinis pugnaret, crēa Christiano inculcare nō posse, id studuere vt scripturas abraderent, vel porro negarāt. Hoc errore, hac animi malitia ductus Luterus scripsit D. Iacobi epistolam plane stramineam, & apostolico spiritu indignam, vtpote ꝙ fidem sine operib. dicat esse mortuam. Quasi vero & illud nō dicat tum Christus tum Paulus, & om̄is item cælestis philosophia. Sic cætera dei eloqa q̄uis sancta, q̄uis aperta, q̄uis cōem ecclesiæ sensum spirent, alio rapiunt, alio cogunt. Et quanq̄ Paulinæ doctrinæ sese professores iactent, tā absunt tamen a vero Paulo, vt et huius discerpant ac introuortant genuinam intelligentiam, vt antea a Petro sint notati, q̄ orbi noti. Qui altera sua ad fideles epistola ad eum modū dicit, Pauliq̨ sapientiam quibus oportuit laudibus attollit. In quibus, Paulinis scilicet epistolis, sunt q̄dam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditiōem. Audis hic deprauatores Paulinæ philosophiæ irrupisse, ipso autore superstite, & eos quidem indoctos, nutabundos. Quibus nominibus qui iustius atq̨ Luterani censent. Quorum bona pars perpetuo nutat, hucq̨ illucq̨ propellitur, modo asserit, mō inficiatur, quicq̄d ex scriptis Pauli horum placitis non conspirat. Suum sensum q̄si ex delphico profectum oraculo, toti ecclesiæ præiudicare volunt, nihilq̨ penes patres q̄tumlibet sanctimonia & eruditione præstantes fuisse, nihil penes receptos a multis seculis viros cēsure, su-

dicij,tonis,ingenij, vociferati subuerent minime. Qñquidem in se solos infusum spm̄, qui abstrusiores scripturæ aditus reserat, existimāt. Atq; hæc oia eo cōminiscent, vt simpliciores q̄sq; a cōi sensu, adeoq; germana scripturę intelligentia auocēt, ijsq; imposturis in sua dogmata pertrahāt. Quos cōtra nisi te fidecōmunias, nisi vnius ecclesiæ decretis obtemperes, nisi eū sensum penitius aīo tuo infigas, actum erit de salute tua. Id vnum, si q̄ñ tibi suis adinuētis negotium facessant, ijs in os obijcias, te diuina q̄dem probare eloquia, sed ea qua hactenus, intelligentia intellecta, eorum v̄o dogmatis nō antea subscripturum, q̄ se probēt ex spiritu dei singula quæq; asserere, id scio non facient, etiā si rumpant, cælumq; terramq; concutiant. Attende igitur diligentius, ad quem sensum locos scripturę accōmodēt, quorsum detrudāt. Et si q̄ dēecclesię catho. cōquadret, nō obsistas, sin ab hac dissentiāt, tum manib. pedibusq; resistito. Hostes em̄ non ciues sese tum declarant. Seductores nō duces. Cauete (inq̄t Paulus) canes, videte malos operarios. Deinde si verā Christi eccl. ab adultera discernere velis, ad notas euāgelicas cōfugiundū tibi est. Nā v̄a ecc. imitatrix spōsi est, huius vocem agnoscit, huius p̄cepris obsequit, hunc cum vitæ innocentia, tum ingenuis moribus exprimere satagit. Nō rapit aliena, non retaliat iniuriā, nihil de se nisi fidei fructus, nisi chatitatis opera, quaten⁹ humana imbecillitas patit, dū.n. viuimus hoies sum⁹, spirare cōtēdit, producere atq; germinare. Pēdet uectigal mḡratib, obseq̄t p̄positis seu sacri

ſunt,ſeu prophani. Non recalcitrat procaci a-
nimo legibus,non patrum iuſtis decretis,ſed e-
xcelſo animo atq; libero, omnia quæ obedien
tiæ ac pacis ſunt,non modo tolerat,id quod &
impijs non ſemel vſu venit,ſed vt iuſta,ut ſan-
cta,exequitur. His coloribus eccleſia ſub exor
dium cognobilis facta eſt, hac dum adoleſce-
ret facie exerit ſeſe, cum in patrum Comitijs,
tum in heremicolis,tum in cæteris deniq; fideli
bus,Contra nothæ ſynagogæ filij,adeo nō imi
tantur Chriſtum, vt ad quamuis potius ſectā,
hos,quam ad chriſtianorum rempub.ſpectare
dixeris. Certe, quales quales ſint,nobis non-
dum vidimus meliores, qui ex hac prodierunt
Niſi hoc ſit eſſe euangelicum,rapere aliena, e-
uertere ſacra,reſcindere omnis humanæ ſocie-
tatis fœdera, ſtuprare v̄gines deo deuotas,per
q; nephas perq; tyrannidem ſuum dogma in-
culcare,exulari probos intra mœnia fouere fi-
dei hoſtes. Atqui ad hunc modum, et Turcæ
& quilibet Tyranni iactare poſſunt euange-
lium, Euangelium, Quotus enim ex ijs non
meditatur bella? Non cruentas faces mœnib⁹
immittit? Qui olim ad fidei ſacramenta ſeſe
contulerunt principes, erexere eccleſias, dona
rijs multis,cenſu ſufficienti,prauilegijs munifi
centiſſimis,Collegia inſtruxerunt, roborarunt
ac firmarunt,Contra qui ſeſe ijſce temporibus
iactant uerbi diuini defenſores,atq; ad id om̄i
bus inſinuandum præcones quoſdam inſignis
loquacitatis circumuehunt,diripiunt vaſa ſa-
cra,ſpoliant diuorum imagines, & quod om̄i
um ſceleſtiſſimum,ſacram eucharistiam ridēt,

exibilant. Et quas non tragœdias moliuntur? Quas non technas exordiuntur, vt corrasis vndiq; pecunijs, ac gregarijs quibusdam militibus coactis, alios vi, alios metu, alijs item artibus alios sibi subijciāt? Itaq; nihil hic agnoscis quod spiret Christū, nihil quod spiritum pacis, & concordiæ magistrum. Ipsi se suis perperam factis produnt, adeoq; ostendunt ad Antichristi regnum pertinere. Sunt enim charactere bestiæ insigniti, & notati. Iam si obstrepant (neq; enim etiamsi male loquantur, silere possunt) et inter Christianos principes esse, qui partes nostras, adeoq; fidei tutantur, quorum vel conniuentia, vel iussu, non semel templa spoliantur, quocirca eadem labe conspurcatos vniuersos: Patēdum hic mihi, quod verum est, neminem ex Christianis id permittere, id iubere, id pertē tare, quod Lutheranorum patroni. Quis enim ex ijs vnquam intrusit ecclesijs moderandis latrones? Quis sacramenta ecclesiæ contaminauit? Quis data opera ecclesiasticū cultum euertit? Quis prophanum inuexit? Nemo certe, nisi qui sub hoc decennium Luteranæ ecclesiæ manus dederunt. Quāquam interim in bellicis tumultibus nonnihil quandoq; patiatur ecclesia, verum nihil tale est, quale ab hæreticis, ijs temporibus perpessam dolemus. Veræ ecclesiæ filij veri hanc vt matrem venerantur, huic obsequium, obedientiam lubēti animo impendūt, eoq; omnes conatus, omnesque neruos intendunt, vt huius ignominiā vindicent hāc pcib. hāc lachrymis, hāc vigilijs sustentēt. Cōmiserētur si quando insolescūt hostes, si quādo insani-

ant, lacerant, inq; diuersas partes scindere admoliantur. Porro nihil non pertentant, vt hanc vel qualicunq; opella iuuent. Tantum abest, vt huius edicta inuertant, vt quæ semel sancte discussa, ac iudicata sunt, rursus immutent. Sat enim illis fuerit ita sancitum a patribus, etiam si legis vel edicti, causam, originemq; non intelligant. Neque enim conditæ legis rationem exigunt, sed id potius in animum inducunt, q̃d aliquoties præcipit Paulus: De cætero fratres, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunque sancta, quæcunq; amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitatæ. Quæ & dedicistis, & accepistis, & audistis in me, hæc agite, & deus pacis erit uobiscum. Quæcunq; igitur vel pro dei cultu augendo, vel ad carnis tyrannidem retundendã, vel alias sancte instituta sunt: hæc ceu iusta, nã iustum est subditum parere imperio, ceu sancta, ceu amabilia ecclesiæ filij amplectuntur. Nouerunt enĩ non tam q̃ in sacris canonicis libris digesta recipienda, q̃ quæ patrum traditione inuiolabiliter posteritati concredita, ac demandata sunt. Itaq; sese vt legitimę matris soboles (quarum interest hanc & vrbis & sactis ipsis honoribus afficere) certis diebus, certo tẽpore ab esu carnium temperant, non tam scandali ratione, q̃ præcepti necessitate, certis ferijs deo diuisq; sacris feriantur, solẽnes stationes nõ execrantur, uigilias sanctorum obseruant, nihil de diuinæ hostiæ ratiõe, nihil de religiosa illa et lustrica scelerum confessione, nihil de manium expiatione, de sacris maritandis ordinibus, in-

firmādis iudicijs, abolendis legibus, immutāt, nihil temerant. Omnia hæc vt pie, vt religiosis sime colūt. Cuius rei, qui volet pulcherrimam videre imaginem, ad catholicissimam sese pro ripiat Agrippinam Coloniā. In qua, deus bone, q̄ redolent omnia priscorum fidem, adeoq; auita instituta? Agnoscit enim hæc uel sola pri mariam illam matrē ecclesiā. Habet suæ fidei patronos, Seuerinū loquor, Cunibertum, Euer gislum, & tres illos, qui dominicū præsepe cupientissimis desiderijs inuisere, magos, insuper & virginalem chorum illum Vrsulæ, tātis vir gunculis, tamq; numerosa, & virorum & mu lierum multitudine stipatum, ac vndiq; septū. Adde Gereonem, adde Machabæorū sodalita tem, adde & alios, quorum & merita & noīa, & animæ inter deos translata sunt, hos vniuer sos summo habet in honore, idq; dei citra vllā iniuriam. Nam qui deum in sanctis mirabilem prædicat, veneratur, dei gratiā attollit, magni pēdit. Seruet deus opt. max. hanc vrbem intra vnius ecclesiæ septa incorruptam. Nam si con stans perstiterit, nihil efficient, quotquot tandē in orbem irrepserunt hęretici. Porro quibus ve ræ ecclesiæ filios notis deprehendas, vel hic solum spectabis. Qui vero matris aluum scindere procacius enituntur, nihil non temerant, nul lis edictis obsequuntur, proq; suo arbitratu instituunt, destituunt omnia. Quasi vero penes spu rios decernendarum legum, aut etiam abrogā darū ptās existat. q̄ve manifestius hos dep̄hen das, ad satanæ cōuēticula iā olim cōfugisse, cū dē ꝑpetuo imitāt, si qn̄ de p̄ceptis dn̄icis, hoc ē

S ij

ecclesiæ,quæ autore Christo præscribit,controuersia aboriatur. Cur (inquiunt) hæc præcipit ecclesia, illa ve prohibet? Audis serpentinam astutiam,audis technas & dolos, audis veterem vocem, qua aggrediebatur matrem pri-
Genesi. 3. mam Euam? Cur,inquit callidissimus serpens dæmon videlicet,præcepit vobis deus,ne comederetis de ligno scientiæ boni & mali? Paribus artibus, paricꝫ dolo & astu & huius soboles aggrediuntur matrem ecclesiam. Cur (inquiũt) sextis ferijs nõ licet vesci carnibus? Cur indicta sunt ieiunia? cur castigãda caro? Hoc est,quam ob rem obtemperandum est Christo,
Matth. 18 qui ecclesiæ fecit cõdendorum decretorum potestatem,dicens;Quæcunqꝫ alligaueritis super terram &c.Et iterum: Si ecclesiam non audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus.Sic perditi homines dum ecclesiæ traditionibus suam vim abrogare admoliuntur, obducto supercilio Christum iniuria impudẽti adeoqꝫ infanda infamia afficiunt,qui penes ecclesiæ primores decernendi simul & statuendi ius voluit esse. Iam & illud addendum, quo certissimum est, hos male sanos ardeliones ad ecclesiam catholicam referri non posse. Quandoquidem ea supertentant, quæ ex diametro ecclesiasticis institutis pugnant,nulla nec infirmarum conscientiarum, nec scandali ratione habita. Et quod eius fere in ore versatur:Semper cõtrarius ego, in horum vita moribusqꝫ exprimitur.Ecclesia siquidem,vt nonnihil exẽplorum attingamus, certis diebus ab operibus sellularijs, quo diuinis in rebus nauandis sint, accomodatiores fi-

fideles, abstinendum mandat. Qui huic aduersantur spurij nec sabbatis, nec qbuslibet q̄uis solennibus diebus parcunt, ac proinde ne qcq̄ cũ hac cõe habeant, profastos dies hñt celeberrimos. Ecclesia certis tp̄ibus ob reuerẽtiam sacrorum dieꝝ, tũ vt cõmodius orõibus incumbant orthodoxi, matrimonia contrahi vetuit. Cõtra, desertores & nothi tum maxime cõtrahunt, qñ maxie deo vacandũ, hoc est, ipsa quadragesima sacra, deniq; ipso facto parasceues die. Proinde nihil tam receptũ est, nihil tam vetustũ, nihil tã sacrũ, q̄d non inuertãt, q̄d nõ immutent, vt rectissime in eos Christi sentẽtia cõpetat: Qui non est mecum, cõtra me est, & qui nõ colligit, dispergit. Neq; em̄ cũ Christo contuberniũ habere p̄nt, qui huius ecclesiam non audiunt. Atqui inquiunt: Paulus cõstitutiones dãnat alicubi humanas, adeoq; papisticæ ecclesiæ adinuentiones oẽs, hoc autore fulti, audemus q̄cunq; lubẽt, rũpimus impositum humeris nostris obedientiæ iugum, liberi sumus, solo q; dei v̄bo nitimur. Hic mihi pax p̄fanda cum Paulo, & felicis ramus oliuæ p̄tendendus. Si Paulus ille Tarsensis, cælestis phĩæ electissimũ organum, vllas ecclesiæ catholicæ etiamnum papisticæ, nã hæc sola est ex qua pendemus orthodoxi, damnaret traditiões, et q̄ pro cõi vtilitate, precq; fidelium & ædificatione & tranqllitate instituta sunt decreta, vt fingũt aduersarij, ego audent hunc Saulum cum a Christo, tum ab ecclesia vt hostẽ, vt pseudapl̄m, vt subdititium proscriberẽ, abalienarem, qn vt anathema diris deuouerẽ execrationib. Veꝝ enim

uero non tã perperã vir iste celeberrimus, de ec clesiæ decretis pronunciauit. Eodẽ eñ spũ, quo tota ecclesia Christi, & ipse imbutus erat, eodẽ regebatur, sanxitq́; varias inter fideles constitutiones, de psallendo, de velandis mulieribus, de epõ designãdo, adeoq́; de cœna dñica. Iam si id Paulo licuit, cur non ecclesiæ? Cur non concilijs sacro spiritu coactis? Cur non cæteris ecclesiasticis moderatoribus? Neq; eñ Chrs subijcit nos Paulo, nisi per ecclesiæ autoritatẽ, nisi ecclesia & iubẽte, & cõsentiente. Verba Chri stant firmit' pro ecclesia mre: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publican. Nõ inquit: Si Petrũ, si Paulũ, si Thomam, q̃q; & ij audiẽdi, mõ assentiat ãnuatq́; ecclesia, nõ audierit, sed si ecclesiam. Quasi hæc præferẽda sit oĩbus in vniuersum scriptoribus, etiam Mosi, etiam Matthæo, etiam euangelistis omnibus. Nam vnde hos in canonem sacrum, adeoq́; in catalogũ veroꝝ scriptorum relatos dignoscimus? certe ecclesiæ sacrosancta & infracta autoritate. Spurij igit' quicunq́; aduersus hanc temere machinãtur. Porro si q̃ decreta damnat Paulus, eiusmodi sunt, qualia vel pharisæi ad suũ quæstum augendum, vel ethnicæ phĩæ professores, ad superstitionem prophanam obfirmandam instituerunt. Atqui hæc aduersus & ecclesiæ senatuscõsulto nõ semel decretũ ẽ? tantũ abest vt ea vel inuehere, vel defensitare velit. Qui igitur nobis Paulum falso obijciũt, quasi humanas cõstitutiões damnantem, audiant
2.Thess.2 hũc ipsum: Tenete & seruate traditiones quas accepistis a nobis, siue per epistolam, siue p ser

monem. Qui cũ filijs Israel nihil nisi carnis ollas eructant, audiant quanta seueritate hos per cellat Paulus: Necp murmuraueritis vt qdam eorum, & ab exterminatore angelo interiere. Et iterum: Si esca scandalizat frẽm meum, non manducabo carnes in ęternum. Et: Regnũ dei non est esca & potus. Verũ hos locos spurij per cæcam impudentiam non animaduertunt: cæci videlicet & duces cæcorum. 1. Cor. 10. 1. Corin. 9 Roma. 14 Matth. 15.

Veræ ecclesiæ effigiem, pulcherrima similitudine corporis Paulus graphice depinxit: qñquidem testat̃: Vnum corpus quidem nos esse: sed ita, vt singuli alterius sint membra, singuli suo ordĩe, loco et officio discreti, singuli alteri⁹ ope indigeant. Id qđ in corporis harmonia perspicuum euadit. Siquidẽ singulatim inter se et situ & dignitate, & munere differũt membra. Necp em̃ totũ corpus redigi p̃t in vnũ aliquod mẽbrum, q̃uis quod vni obtigit, om̃ibus cedat ad vtilitatem & ædificationem. Non em̃ totũ oculus, alioqui vbi nasus? Nec totũ auricula, alioqui vbi manuum organa? nec totũ caput, alioqui ubi corpus, crura, pedes? Haud secus in ecclesiasticis ordinibus, denicp in ecclesia tota comperies. Necp enim omnes episcopi, alioqui vbi diaconi? Nec omnes sacerdotes & rebus sacris deputati, alioqui quis prophani, quis idiotæ supplebit vicem? Non omnes pastores, alioqui q̃ pascendæ oues? Nec oẽs autoritate & potestate æquales, alioqui vbi ordo, & harmonia? Non omnia omnibus concredita officia, alioqui vbi obedientia inferiorum erga superiores? Id est quod diuus Gregorius prolixius 1. Cor. 12.

differit ad eum fere modum dicens: Singula ec clesiastici iuris officia, singulis quibusq; personis singillatim committi iubemus, et reliqua quæ præclarus Antistes præclare de hac re disserit. Quibus & Barbatus ille Hiero. suum calculum addit, in Epistola ad Rusticum Monachum, ita fere, d. In apibus principes sunt, Grues vnam sequuntur ordine literato, Imperator vnus, Iudex vnus prouinciæ. Rhoma ut condita est, duos fratres simul habere reges non potuit: & parricidio dedicatur, In Rebeccæ vtero Esau & Iacob bella gesserunt. Singuli ecclesiarum episcopi, singuli archipresbyteri, singuli archidiaconi: & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. Vides hic quam sibi veterum religio, cum nouissima consentiat, quam omnia conspirent, videlicet & Paulus, & doctores probatissimi & ecclesiæ receptissimus vsus, ne quis existimet hæc noua, et ceu recens inuecta a papistica Ecclesia, Vides, singula suis distributa personis officia, vt ordinis & dignitas, & integritas, & pulchritudo sit semper sibi constans, semper sibi respondens in vera Christi ecclesia, Itaq; quisquis suum officium agnoscit, sua legatione defungitur, suum munus exequitur, ne non omnia ad ædificationẽ fiant fidelium. Quo contra, qui extra corpus sunt Christi, qui ceu putrida membra abscissa sunt, deum immortalem, quam confundunt omnia, quam commiscent vniuersa, cum quæ sacra, tum quæ prophana sunt. Neq; iam singulis singillatim sua officia distribuunt, sed singulis omnia, ita vt neq; vllam inter eos vale-

dist. 99. c. singula. Hie. i epi. ad rustic.

as deprehendere corporis pulchritudinem. Omnia enim membra a suis sedibus depellunt, omnibus omnia tribunnt, auribus oculorum officium, oculis manuum, pedibus item nõ quod proprium, sed quod est alienissimum, Hoc est ijdem sunt apud hanc Babylonem, episcopi qui sacerdotes, ijdẽ diaconi qui præsbyteri; ijdem pastores, quę oues, ijdem qui cathezizantur ijs qui cathezizant Idem agricola, quæ agricultura. Et, vt Tertuliani vtar uerbis, Promiscua habẽt sacerdotia, pacem omnibus communicant, mulieribus, proinde ac infantibus ius eucharistiæ consecrandę faciũt. Canibus quibuslibet, quantalibet turpitudine oleant, adiumi ad sacra mysteria referant. Idem coriarius qui sacrorum minister, Idem diuini verbi, si modo verum apud hos est dei verbum, pręco, qui virginum sacrarum scortator, Ipse tu lector huius Nothæ ecclesiæ, Ministros ob oculos ponito, tũ me non mendacia, sed vero veriora dicere intelliges. Quid enim apud hos non est cõfusum? Quid non est contaminatum? Recte equidem dixeris hanc sentinam esse omnis tumultus. Nam vbi non est ordo, ibi confusio, quod dici solet, ibi subinde & tumultus & omnis perduellionis lęrna. Sentiẽt id ex parte Germani, nisi breui, rebus undiq; perturbatis, maturioribus consilijs imo & factis ipsis, succurrant, Sentiũt ni porro mortui sunt episcopi, quantum derogatum sit patrum decretis, quam longo interuallo ab ijs descitum, Imo si introspectant rem interiusque perpendant, comperient, miseram quandam rerum vicissitudinem per hos Mi-

mos intrusam, vt per metamorphosim, q̃ antea fuit episcopus, iam desijt, qui primas iam a sua sede deiectus, qui iurisdictionem exercebat in multos, vix iam habet vel ex domesticis qui hanc, vt par est, & exequantur, & metuant. Verum de ijs alias, Postremo, vt rursus ex Paulo veræ ecclesiæ notas appingamus, quibus discriminatur a falsa. Itaq; is omnia in figura contigisse testatur veteribus, sic tabernaculum, sic arca, sic tabulæ testamenti, sic candelabrum aureum, sic manna illud cœleste, itẽq; & uirga Aaronica, & oleum, & vnctio, deniq; totus ille pontificis ornatus, futuræ ecclesiæ adumbrabant simulachrum, In qua tabernaculum quoddam est, multo excellentius, multoq; augustius nimirum ecclesia, vt est in apocalypsi Ioannis: Ecce, inquit, tabernaculũ dei cum hominibus & habitabit cum eis. At quibus adornatum est? Habet arcam quæ Christus est, Habet & manna, non illud quod in deserto collectum, edentes asserere a morte nequit, sed Christi veram carnem & sanguinem, nos ab æternæ mortis faucibus asserentem, siquidem qui ex hoc edunt edulio, huncq; poculum epotant, non morientur in æternum. Habet vnctionem, sed qua Christo inauctoramur, et mare æneum, sed quo a peccatis cum senes tum infantes abluimur, & sacram hostiam, sed quæ pro viuis & mortuis litatur, & Arronis virgã sed qua dæmonum confringitur crudelitas, itẽque & candelabrum aureum, ac duo cherubin, sacras videlicet diuorum reliquias, adde & testamenti tabulas, verbum dei, quod non

1. Cori. 10
Hebre. 9.
Apoca. 21.
Iohan. 6

iam lapidibus insculptū est, sed in tabulis car neis, adeoq; in penetralibus cordis humani, ad de & vario distinctos ornatu ministros, quorū alij ianitores, alij exorcistæ, alij alijs deputati sunt munijs. Iam si hæc in adulteræ ecclesiæ ar cellis disquirere uelis, ac proinde offendere, citius inuenies, aut Phenices plurimas, aut noctu inum ouū, aut lac gallinaceum, Et quod Iuue nalis restatur, Rara auis in terris, ingroq; simi lima Cygno. Coruo quoq; rarior albo, Tam rara sunt & hæc q̄ præfati sumus in exotica at q; peregrina Satanæ synagoga. Siquidem v̄bum dei non habent, nisi ea ratione qua vel Iu dæi, vel quilibet infideles habere possunt; baptisma adeo ignorāt, vt semel rite tīctos aquu la sacra, rursus immergant, Eucharisticum sa crificium exibilant, adeo vt et porcis & cani bus obijciant, diuorum reliquias tantum abest vt venerentur, vt etiam incendant, probrisq; afficiant. Taceo interim, quantis maledictis ordinem ecclesiasticum incessant. Sileo ĩterim, quæ in pontifices, quæ in defunctorum Manes, quæ in cætera ecclesiæ catholicæ sacramenta perfricta, adeoq; caperata fronte, iaculantur conuitia, blasphemias, sannos. Quid em̄ malorū nō audent qui Christum ĩ sacra hostia sub sannant? Demum, q̄ semel omnia dicā, & hoc argumento ecclesiæ Chr̄i faciem dignosces. Si quidem abiturus ad patrem, promisit sese affu turum ijs, qui v̄e euangelium denunciāt, horūq; & vitā, & sermonem miris q̄busdā ac insolitis probaturum gestis, quo & qui Chr̄o manus dedissent obfirmarent aduersus impios, et

incredulorum impietas confutaretur, apertis ac palam ad dei gloriam editis prodigijs, Ea propter testatur Marcus: Illi autem profecti pdicauerunt vbiqꝫ domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Atqꝫ ad hunc modum hactenus testatissimos, reddidit ecclesiæ catholice alumnos hoc est eos, qui a Rhomana ecclesia euangelij legationem susceperunt, patres. Franciscum loquor, Dominicum, Bernardum, & aliorum complusculos. Sic Seuerini, Sic Bonifacij, Sic Maximini, Sic Seruatij, Sic deniqꝫ omnium verbum testatus est, declarauit, adeoqꝫ miraculis allustrauit, vt piaculum sit, resqꝫ mediusfidius detestanda, ijs nolle credere. Potissimum, vbi totius ecclesiæ, quam hac in sententia falli nemo nisi blasphemus asserit, accessit & auctoritas & cōsensus, ubi dei soli⁹ gloria, tum fidelium ædificatio ac consolatio spectaẗ, Iam si Lutheranæ ecclesiæ Auctores Vuicklefum. Hus Et eos qui hos longis temperum seculis præcesserunt. Arrium, Pelagium, Iouinianum, Vigilātium, Euticen, & quotquot tādem ijsdem caudis iunguntur, spectes, si ossa si preclara facta, si ingenuos mores perquirites, poteris quidem tædium temporis fallere, at nihil, certi, nihil honesti, nihil comperies, quo merito gloriari queant, qui hos imitātur, adeoqꝫ ad sidera tollunt. Vbi enim ad horꝫ sepulchra exclamant dæmones? vbi terrarꝫ horum venerantur cineres? Vbi sequuntur signa, quibus illustriores ac spectatiores mundo reddantur? Vbi pia recolitur memoria horꝫ noīe? Quando inter tormenta ijs numē cœlitus adsu

Marc, ult.

it? Quando eripuit? Quando clara voce ad sese accersiuit? Atq, hæc vniuersa, & multo ijs præstantiora, apud nostratium, hoc est eccl̃iæ, sanctos comperies. Nunq̃ enim illis non affuit diuina consolatio, nunq̃ non illustrauit dei potentia. Semper em̃, pro suo arbitratu (nam haud secus atq; is diffinierat cuius ob gl̃iam, vel sustinebãt, vel prædicabant, penes se om̃ia geri desiderabant) ijs cessit, siue in carcerem detrusi essent, siue penuria affecti, siue varijs tormentis expositi. Diligentibus enim deum omnia cooperabantur in bonum, cruces, enses, ignes, deniq; omnia. Habes paucis ijs notis, vtriusq; ecclesiæ & sponsæ & adulteræ faciem ob oculos depictam lector, tuum interim erit, intra eius sinum te continere, q̃ oĩm mr̃ est, oĩm arca: atq; columna. Quæ sola sine ruga, sola munda, sola Chr̃m habet sponsum, sola arrabonem sp̃m, sola efficax & viuificum dei ṽbum, sola electa, atq; seperata, ut sit sancta & integra, æternisq; seculis duratura. Vale lector, & hanc nostram opellam, vno die et eo quidem vix integro, confectam, boni æquiq; consulito.

Dij bene vortant.

# METHODUS PRAEDICANDI, VERBI diuini contionatoribus admodũ accõmoda autore Nicolao Herborñ, apud Colonienses Ecclesiaste.

2.Thim.4 Prædica verbum, insta oportune impor tune argue, obsecra, increpa, in omni pa tientia & doctrina.

Frater Nicola' Herborñ, Minorita, fr̃ibus Bru leñ. Sodalitij, in Christo sibi Charissimis, Grati am & pacem optat perpetuam.

Ioan.ulti.



Biturus hinc Chr̃s, qd suæ ecclesię pastorib' potissimum incumbat, duobus verbus expressit, qñ Petro concreditas oues subijciens, dixit: Pasce oues meas. Quo præcepto quid potuit esse salubrius? quid vtilius? qd san ctius? Pasce, inquit, oues meas, meo sanguine redemptas, tanto precio comparatas, tam an xie quæsitas, tãta benignitate, ac solicitudine, a luporũ faucibus ereptas, tamq; mihi adama tas vt non auro, non argento, non ullis denique quamlibet preciosis, margaritis coemerim, sed me ipsum porro tradiderim in man' sęuissimo rum hostium: vt has eruerem, ut reducerem ad cœleste ouile, vt seruarem, scabiemq; iugẽ ab

luerem, nō sanguine hircorꝫ, aut vitulorꝫ vsus sum, sed proprio, sed quo excogitari, nullus, vel sanctior, vel innocentior potuit. Itaqꝫ tam mihi charas ouiculas tu, quē mei vices supplere in terris volo, cura Petre, ut foueas, vt nutrias, eo pastu quem semel vix extremis labijs degustans, plerisqꝫ retro euntibus, tu exclamabas: Domine quo ibimus verba vitæ æternæ habes Id igitur muneris præcipuo ijs demandatur, q̄ bus non iam corpora, non rerꝫ dominia, non possessiones, deniqꝫ quibus non feræ, sed homines, ad dei imaginem effigiati, commissi sunt. In quem album cum iam pridem et vestris suffragijs, dulcissimi fratres, et maiorꝫ adnutu, designatus atqꝫ accitus sim, & veluti, quanquā renitens totiesque reclamans, asscriptus, non potui non defungi officio meo, Precipue vero, vel hac ratione, q̄d Paulus grauiter taxat eos, qui suorum & maxime domesticorum curam excutiunt, negligunt, longoqꝫ post tergum interuallo relinquunt. Neqꝫ pensi faciunt, susqꝫ deqꝫ res domi gerantur. Verum cum ita visum sit superis, quorum videlicet nutu ac renutu, res cūctæ moderanē mortalium, vt per quotidianas declamationes, cum in hac felicissima vrbe Colonieñ. tum in cæteris Rheno adiacentibus ciuitatibus, adeo districtus sim, adeoqꝫ occupatus, vt vix paucissimos apud vos agere conceдatur dies, vosqꝫ viuæ vocis oraculo, ad pietatis studia, atqꝫ ad unas virtutes cohortari Absentiam meam præsentibus literis resarcire cō placuit. Nam & id fecisse Paulum, & Petrum & horum successores, sanctissimos ecclesię dei

Ioan. 6.

1. Timo. 5.

ministros, reidsa liquet. Quoties enim Paulus cohortatur eos, quorum fidem solo relatu didicit? Corrigit & aliquoties absens errata, adeo vt scortatorē Corinthium absens quidem corpore, spiritu autem præsentissimus, a fidelium contubernio excluderet. Sic alios hortatur, vt quo tramite cœperunt, pergant, nihil morantes vel humanæ sapientiæ turgidos, vel pharisaica hypocrisi contaminatos. Porro literæ fere omnes, omnes etiam epistolæ, quotquot tandem ab ipso prodiere, absentis legati fuere. Ita qꝫ tanti viri exemplum secutus, hanc concionandi methodum vestræ sodalitati transmitto dedico, ac quasi penicillo delinio. Ad quos em̄ iustius abiret, atqꝫ eos quibus præcipitur, vt p̄dicent opportune, importune, ut in sermone sint casti, vt circumspecti, nihil per imprudētiam, nihil per stultitiā, nihil, id quod multis difficillimum ac fere factu impossibile, per calorem effundāt, quod ob fidei sit orthodoxæ, quod nō ædificet, quod non instruat auditores? Atqui in hac classe, adeoqꝫ in hoc munere aliquamdiu obuersati estis. Sed quo felicibus vestris auspicijs certum quēdam gnomonem deliniam, & veluti describam, id cum primis, quod & sacris literis, & patrum decretis sanctissimis est consonum, obseruandum. Neminem videlicet nisi vocatum id muneris exequi salubriter. Vocari vero (si diuo Hieronymo credimus) quosdam a deo patre, & Iesu Christo omnium seruatore, quo modo prophetæ omnes, omnes itē apostoli ad euangelizandū acciti sunt, sed ita vt certa electionis signa præcesserint, aut sub-

secuta sint. Testatur id Mosi, Aaronis, Ioannis baptistæ, apostolorum, & multorum denique vocatio. Quin & Christo quanquam a patre misso, non defuere notæ quędam quibus declarabatur mundo. Antea enim tot testimonijs cõprobatus, Ioannis, columbæ, patris, tum & tẽtatus est, vicitq; tentatorem. Quosdam proinde comperies vocari a deo quidem, sed per hominem, vt apostolorum discipuli, vt episcopi, vt sacerdotes, & quicunque tandem legitime, ac iuxta patrum inuiolabiles sanctiones apostolis succedunt. Ad quem modum, dubio procul, ij deleguntur, qui non ambitione non armis, non seditione, non dolo, non adulatione, deniq; non vllis pendent humanis præsidijs. Qui non sua commoda, sed Christi gloriam spectant. Sunt proinde qui id muneris occupant, sed ab hominibus, sed prece, sed precario sed muneribus, sed hominum studio, & ut nũc videmus plurimos, non dei iudicio, sed redempto vulgi fauore in sacerdotium subrogari, ecclesijsq; moderandis præfici, Quantum vero ex ijs ecclesia commodi, quãtum vtilitatis habeat, in confesso adeoq; in propatulo est, vt tergiuersari nequeat. Quos tamen interim, si recta doceant, si a patrum præscriptis non desciscant, si in fidei vnitate perseuerent, audiendos præcipit Christus. Qui vos, inquit, audit me Lucæ. 10
audit, & qui vos spernit me spernit, & rursus: Matth. 23.
super Cathedram Mosi sederunt scribę et pharisæi, quæcunque dixerint vobis seruate & facite. Et Petrus non modo modestis, sed etiam discolis præcipit obsequi, Si quæ ergo vera prę

scribant, si quæ iusta doceant, obsecundent oportet, qui subditi sunt, etiamsi aliquoties hos mercenarios uocitet Christus. Ex hoc albo quosdam constat fuisse, de quibus alicubi queritur
Philip. 1. Paulus: Quidam enim ex contentione annunciant Christum. Quid enim dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. At vero hic caute obseruãdum, ne Christi prætextu, et falsitas instilletur teneris ac prurientibus auditorum auribus. Id quod solent ij, quos in quartam classem Hierony. reijcit, mi-
Galata. 1. nistri, qui neq; a deo, neq; legitime ab hominibus, neq; per hominem, sed a semetipsis mittũtur. De quibus Paulus: Istiusmodi pseudapostoli, operarij iniquitatis, transfigurantes se in apostolos Christi, Et Dominus: Quotquot vene
Joann. 10. runt fures fuerũt. Hos alibi propheta ita taxat
Ierem. 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt. Ab his summopere cauendum exemplo nos docuit Seruator noster Christus, quando nec dæmonia sinebat loqui, etsi vera dicebant, ne veritatis prætextu, inculcarent, vt sunt ad decipiendum incautos propemodum instructi, multa falsa & mendacia, atq; ita demum veritas ipsa interiret, ubi suam vim mendacia exercere contenderent. Ad hãc cariem omnes ferere
Matth. 9. feruntur, qui ex lærneo Vuitenbergensium specu, nuper prodierunt Luterani, Zuingilini, Oecolampadiani, & quotquot tandem irruperũt in Germaniam ex eadem factione. Sunt venientes, sunt lupi, sunt Latrones, sunt vulpes mi-

ris artibus imbutę, atq; ad hoc instructæ, vt uineam domini demoliantur. Neq; enim ad aliud veniunt, quam vt lacerent, vt dispergant, vt Christi oues perdant. Sed enim mittamus hos, tanq; pseudapostolos & Christi aduersarios nocentissimos, vtpote qui non iam in fide sed & in moribus naufragium exitiabile perpessi sunt, atq; ad eos redeamus, qui quanquã in fidei sacramentis minime nocent, re tamen ipsa ostendunt sese ad tam augustissimum concionatorium munus indignos, & veluti ineptos. Quorum in numerum ascribas oportet, omnes qui seipsos intrudunt, qui anxie ad id muneris inhiant, qui multos fructus sese allaturos in domini vineam, adeoq; in dominica area, suis sermonibus existimant. Non possum hic: quando & res ipsa clamet: multorum præsertim religiosorum, & quibus flendi psallendiq; officium incumbit, fatuam querelam, satis tamen acrem & perniciabilem tẽtationem, qua queruntur sese talentum domini habere, ideoque necessitate præcepti vrgeri ad docendum hinc locum, hinc & institutum non semel mutant: dissimulare. Qui nisi doceant, vrgent, instant, etsi non muneribus cum proprium habere eorum institutis pugnet, tamen precibus, obsequio, adulatione, minis. Itaq; nisi mittantur, pro hoꝝ arbitratu, ad quæuis loca, stultissima conscientia credunt sese pecuniam domini sui abscondere, reosque damnationis futuros. Sed credant experto, Satanæ artes, atque technæ sunt: quibus reddat eos instabiles, ac instituti

prioris pœnitētes. Quos subinde Christus vno verbo liberat: Vocatis seruis tradidit illis bona sua. Ita vocauit Petrum, sic Paulum. Verum quis te frater optime ad id muneris accersijt? Quis vocauit? Nun semel renunciasti non tam rebus, quam voluntati, qua hæc infelicius ambis munia? Nostin tibi velle & nolle ademptum? Non te rumpat scientia tua. Quanquam Salomonem & Danielem spires, nisi te vocet certis signis deus, nisi id legationis a legitimis ecclesiæ primoribus imponatur, quasi venenum fuge, caue ne vel verbulum hac lege effundas, interim esto securus, sedeas solitarius in cella, memineris nominis tui: siquidem & dici, et esse velis monachus. Quos olim prę uidit ad id officij idoneos ministros, illos et vocat deus, illis & adest, per hos fructificat, quasi per viua quædam organa. Si tua ope, tua q̃ turges scīa, qua maxime te valere autumas. loquacitate dicam an facundia? eget, te vocabit p congrua media. Si ipse te intrudas, tibiq;

Matth.16. fidas, non sine tuo damno doces. At quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Lucrifacere vis animas, ordine incipe charitatis. Serua teipsum Christo, Deinde te in tuto posito, si tamen id beneficij consequi potes in animo varijs affectibus obnoxio: vt tuto gloriari queas: mundus ego sum, adeoq; omnis molestiæ expers: tum precibus, tum lachrymis, item que & ieiunijs, cæteros iuua verbi ministros, vt fructificent deo vt ijs ostium diuini verbi aperiatur, vt sermo dei suam vim in omnes e-

xerat, vt deniqꝫ liberentur ab hostibus, vt a vitijs seruentur immunes. Id ubi feceris, multum fructus intuleris in dei horrea, Nosti enim non omnes omnia posse, & alios aurum, alios argentum, alios lapides preciosos, deinde & æris aliquot pondera templo domini intulisse. Tu si non potes preciosa quæqꝫ importare, duo illa cum vidua minuta, corpus videlicet & animam offerto. Præstabit id cunctis quamuis eximijs donis, si in cæteris non adsit facultas, adeoqꝫ faciendi potestas. Alterius tibi nutu ac renutu pendendum, respondeat ille vice tua, si te non miserit. Id promisisti domino, ad id tantis sacramentis præstandum, ipsum te deuinxisti, Neqꝫ, si vulgus applaudat, si Magistratus quispiam instet, vt te prodas, lucernamqꝫ supra candelabrum, vt omnibus pareat, imponas, vel hac ratione permoueatis, Quandoquidem non vulgi sententia, nō Magistratus prophani autoritate, tuum institutum pendet, non professio, non regula, sed eorum qui tibi iure p̃fecti sunt. Nempe qui pro anima tua reddituri sunt rationem: vt habet vocalissima illa euangelij tuba Paulus. His obsequens non aberrabis, a scopo Christo, nisi, quod absit, ea præcipiant, que ex diametro aduersus dei verbum, tuaque vota pugnant. Tum enim illis, vt Petrus & Augustinus testantur, audenter respondendum: Melius est obedire deo quam hominibus. Atqui ne prædices si vetant, suo perfunguntur officio, nihil hic habes, quod causeris, obediundum tibi: quando id tua pte sponte delegeris: uelis nolis. Quin, ne quis existimet, so-

Hebre. 13.

Actoru. 5.

lis me monasticæ addictis hanc concionandi formam præscribere, nec alijs christianis, quãuis sanctimonia polleant, quanquam scientia & omnigena eruditione cæteris præstẽt, id muneris temere arripiendum, ac pro suo arbitratu exequendum, nisi legitima autoritate, designentur. Ea vero est, si perinde atq; apostolorũ gesta, & traditiones, & omnium consensu receptæ constitutiones, præscribunt, delegantur ministri. Elegũnt apostoli Matthiam, Eligunt Stephanum, & cæteros deniq; ministros, hancque elegendi normam orbi christiano tradiderunt, id quod in locis nostris ostendimus abunde satis, hanc sequamur necessum est. Exigit hic ordo, quandoquidem ima a summis pendeant, vt precipuo a pontifice Rhomano, deinde ab episcopo tuo, voceris. Sin te pro suo arbitratu intrudant principes, sin Magistratus, sin Nobiles, sin vulgus infame, tantum abest, vt vere accersitus sis, quantum absunt ab euangelio, lupi, fures, venientes, & q̃tq̃t vel sua lucra, vel ppl'i grãm spectãt, uel lethiferas sectas inducũt, Iã si tibi id munus Eccl'iastici ac legitimi Magistrat⁹ ĩponant, teq; dignũ tãto officio iudicẽt, tũ memineris, q̃d delphicis oracul' profectũ nõnulli autumãt, ego ꝟo cęlit⁹ dilapsum ac lõge añ Delphos a Solamõe in cãticis amatorijs proditũ malo: Nosce teipsum, hoc est, q̃d Solomõ, q̃uis alia ꝟborũ phrasi, ita effert, vt illi q̃stionis notã p̃figiat: Si ignoras te o pulcherrima mulierũ egredere, & abi post vestigia gregũ tuorũ. Cæterũ vndecũq; tandẽ profecta sit, certũ est eã spũ dignã nõ q̃libet sed diuino, ideq;

monere nos ipsos, vt q̃ diligentissime excutiamus nr̃os affect⁹, nr̃a studia, adeoq; vitã oẽm lustremus, ne dũ alijs vitæ uiã mõstramus, ipsi ceu lapidesq sunt a miliario, hãc ipsam nõ asseqũmur, Penitius ỽsemus ædibus in nr̃is q̃ praua aut recta gerunt, vt primũ nr̃a, deinde si cõmodũ ẽ, externa & q̃ aliena sunt, dispiciamus Alioq recte notamur, eo uitio ęgrotare, q̃ Marcialis Olũ quendã depingit, q malorũ externorũ obseruator erat curiosissimus, itẽq; et acerrimus vitiorũ obiurgator, cũ ipse interim, domi foueret vxorem adulterã, filiã viro maturam, deberetq; etiamnum pro togula. Quales fuisse plerosq; philosophos, post Senecã, & ipse Lactantius testať, q̃s videlicet audisses, multa in scholis, de ỽtutib. de pecuniarũ contẽptu, deq; honestate egregie disserere, interim tñ domi scatebant libidine, interim æstuabant cupiditate, interim arrogantia, ira, et omnibus item uicijs æstuabant. Quotus enim ex ijs, vt Senecæ ỽbis vtar, ĩuenitur, qui ita sit moratus, ita animo et vita constitutus, vt ratio postulat, q disciplinã veram, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet qui temperet ipse sibi, et decretis pareat suis? Videre enim licet, alios pecuniæ cupidos, alios glorię, multos libidinum seruos. Et quod Nepos Cornelius ad Ciceronem scribit: Qui in schola de pudore & continentiã præcipiunt argutissime, eosdem vidisses in omnium libidinum cupiditatibus viuere. Diserti nimirũ in suum ipsorũ vitium. Quos non aliter intueri decet, inquit Seneca, quam medicos, quorũ titu li remedia habent, pyxides venena. Neque

igitur iniuria, cuidam cõsulenti, qua nam via posset ad felicitatem peruenire, Delphicum respondisse oraculũ: vt in primo in Scipionis somnium narrat Macrob. Si teipsum (inquiens) cognoueris. At quid id ipsum sit, non multo impendio scies, si teipsum explices, partesq́ omes quibus coalitus es, interius examines: et quam ingrediantur metam, quibus permoueantur affectibus, qua fide, quibusve moribus imbuant ipse tu pensites. Potissimum aũt hoĩm formare instituisti animos, qui acrius insectari vitia, qui omnibus viuẽdi leges ex diuinis scripturis præscribere contendis: prospiciundũ tibi, ne qd in tuis moribus, ne quid in sermõibus, porro in tota deniq́ vita Momus quispiam deprehendat, quod ministerium tuum dehonestet. Nam si concrepitantibus buccis prædices non furandum, ipse furtum committens: si denuncias vitãdum eẽ adulteriũ, ipse adulterij reus: si ponẽdam irã, ipse ira, odio, ac cæteris vitiorum portentis onustus, quadrabit in te quod dici solet:

Roman. 2

Medice cura teipsum: & quod alibi approbat pharisæis Christus: Eijce primũ trabem de oculo tuo, tumq́ circumspicies, vt & festucam ex fratris oculo eijcias. Non igitur secus in suggesto, secus in scholis doceas, q̃ domi diuino spũ afflatus didiceris: nec domi secus viuas, q̃ publicitus omnibus viuendum decernis. Respondeant verbis facta: & quod Hieronymus testatur: Non confundant opera tua, sermonem tuum, ne cũ in ecclesia loqueris, tacitus quilibet rñdeat: Cur ergo hæc quæ dicis, ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiu

Lucæ. 4.

Matthe. 7.

Hiero. ad Nepotianum.

nijs disputat. Accusare auaritiam & latro p̄t. Sacerdotis Chr̄i os, mēs, manusq; concordēt. Ita fere Hieron. Quibus si addas, quæ magister noster Christus suis legatis ad euangelij negotium ituris præscripsit, cōperies nullo hominū generi tā opus esse, vt seipsos principio omniū agnoscāt, excolāt, q̄ ijs qui ad hoc munus sunt suscepti. Ademit ijs luxū, ademit diuitias, prohibet quæstus oēs pecuniarū: Nihil (inquit) tuleritis in via, non æs in zonis, non baculum, non perā, deniq; nihil, propter quod male inter gentes nomen dei audiat. Sint terreni regni contēptores, qui iter ad cæleste expediunt, nihil nisi dei gloriā, nihil nisi populi ædificationem spectent, non honores, non vanissimas hominum laudes: neq; proinde quantum nūmorum mar supio aut ærario sacro accrescat, sed quot animas lucrifaciant Christo. Id si pleriq; vrbi diui ni cōcionatores tā præstarent reipsa, quā voce personāt, felicius multo cum repub. Christiana ageretur. Verū res inuersa est tota, multoq; plures inuenies qui lucra, qui cōmoda propria, vt pace salua dixerim, quā qui synceriter Christi agant negotium. Cæterū tu si Christum pauperem, si humilem, si auaritiæ omnis contemptorem p̄dicare velis, id cures, vt ad Christi amussim & affectus omnes & vitam & conciones exigas. Hæc vnica ars est, qua citius persuadeas, quā aliorum complusculi, etiāsi horum oratio vel Demosthenem vel Theophrastum, vel latinæ facundiæ principem Ciceronem redoleat. Neq; eī in sermone aut prudentia carnis, 1. Corin. 2 quā mortem alicubi vocat Paulus, sed in vir- Roman. 8

tute ac dei potẽtia, ad Chr̃m resipuit mũdus.
Sub hæc (vbi videlicet cælestis phiæ doctor id vita moribusq; expresserit, q̃d alijs persuasum vult esse, nã factis ingenuis mlto citius in Christi regnum pertraxeris hoies, q̃uis truces, atq; a deo alienos, q̃ ampullosis verbis) adeũdæ sunt diuinæ scripturæ: sed ita ne illotis (quod dici solet) manibus accedas, sit repurgatũ pectusculũ illud tuũ, sit tranquillũ, ac ab omi cupiditatum tumultu expeditum, sit obuiũ adeo q; expositum cælesti afflatui, quo sine neq; tibi neq; alijs profeceris. Ad id ẽm illapsum est, totiesq; aptis infusum, vt paratiores essent: essent & instructiores ad tam rarum ac supercæleste munus conficiendum. Summopere quocirca curabis, vt dignum inueniat cordis tui habitaculum, cui tam eximia res cõcredita est. Neq; ẽm circumlaturus es inanis phiæ per academias quaslibet præcepta, sed arcanæ & vltramundanæ cælitusq; demissæ doctrinæ incõparabiles quasdã margaritas, sed viuũ dei verbum, sed infractam perpetuoq; consistentẽ veritatem. Huic te accõmodes oportet, huic operam omnem dedas necessum est, huius abdita mysteria nocturna versare manu, versare diurna. Sola hæc sit, quam nõ vulgariter neq; cum alijs quibuslibet caducis rebus, sed solam ardentissime diligas. Neq; enim, si Christo credis possibile fuerit duobus inseruire dominis. Si hunc adamaueris, redamabit te: & si veluti thesaurum effoderis, inuenies latentes spiritus diuini venas. Sed hoc opus est, hic labor. Neq; ẽm quibuslibet sese influit, sed raris, sed humili

bus,sed ex se nō pendentib. sed ijs qui diligenti us ad huius fores peruigilant. His adest,hos instruit,hos dirigit,his pstat os et sapientiam cui aduersarij nulli contradicere audēt.Quis enim vel mutire auderet aduersus hunc pconem, ita fultum,ac dei spū pmunitum? quis eū euincet utcunqꝫ loquacitate ualeat, q ipsissimā veritatem ceu victricē circūfert? Quocirca extremi tibi insumēdi sunt labores, vt hanc comitē habeas itineris,vt hac instructus omi poscenti rōnem fidei reddas, Ademit Chrs suis auꝝ, ademit & possessiones reꝝ caducaꝝ, hoc solum reliquit,vt verbo dei,vt cælesti phia, vt quæ vera est animi possessio,scientia sui prædiuites existerēt.tamqꝫ visus est ignorationem execrari, vt eos quos initio ad suū contubernium admisit discipulos, mox cælesti imbueret disciplina,mox instrueret, redderetqꝫ abstrusarū rerū peritiores.Et quos ceu rudes ridebat antea mūdus,iā vt rarioris eruditionis admirarent̄ scribæ,pharisæi ac phī. Obtigit id muneris illis tū partim doctore Chro,partim numinis illapsu, partim q̄tidiano vsu & exercitio.Neqꝫ em̄ calculum meum nugis eorū subijciā, q ineptiant̄ apl̄os solo spūs ductu & nulla scripturarum lectione imburos.qn̄quidē Paulus q̄uis euāge. a Chro didicerit,alicubi tñ pcipit,vt eps Timotheus lectiōi instet,& doctrinæ et exhortatiōi, ut recte tractet ꝟbū ꝟitatis,profana et uaniloqa deuitet,ut in ijs q̄ ab infantia ex sacris lite. didicit pduret:vt meminerit oēm scriptu.deit⁹ inspiratā magnā hr̄e energiā,mag.vtilitatē uł ad docēdū ea q̄ si qspiā ignorarit,ignorabit̄,uł ad arguēd.et cōuincēd.eos,q data opa ꝟitati

agnitæ repugnant, & veluti ex condicto cõtra dicunt: deinde ad corripiendum: itemq; ad erudiendum simpliciores q̊sq;. Eiuſcemodi ad literarum ſtudia vocibus Apl's pellicit electum diſcipulum Timo. At v̏o quis tã inſipere exiſtimet Paulum, vt q̃ alijs imponit, primum in ſe ipſo, quo ſui exemplo multis perſuadeat, eadẽ non expreſſerit: maxime v̏o cum mox præcipiat, vt & penulã quã Troade apud Carpum reliquerat, & libros, tum etiamnum membranis deſcriptos, ſecum afferat Timotheus. O ſupellectilem apoſtolicam, & pręcone euangelij cõdignũ theſaurum. Penulã videlicet q̃ ab algoribus & corporis incõmodis defendat. Libros quibus aĩm cæleſti philoſophia imbuat. voluit enim vir ſanctus & in carcere per bonas literas tędium tp̄is fallere, ijsq; animum aduerſus improbã & phariſæorum & Sadducæorum ſectã roborare. Quin adeo ab ipſis incunabulis ad eã ætatẽ vſq; ſcripturarum ſtudio addictus fuit, vt illi corã Agrippa cãm ſuam defendenti Feſtus obijceret: Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam conuerterunt. O felix ac ſana (vt ita dicã) inſania, qua increduli & omnium inſaniſſimi Iudæi confutantur, adeoq; & muteſcũt & ſtupent. Veritas eñ quæ ſacris eloquijs hauritur, vt mitibus ſanam efficit mentem, ita improbis & ſceleratis ſtupori eſt, & terriculamento. Atq; ob id prudenter hanc inſaniæ maculam depulit Paulus: Nõ (inquit) inſanio optime Feſte, ſed veritatis et ſobrietatis v̏ba loq̊r. Vbiq; audis Paulũ ſacris in eloquijs obuerſatũ, vbiq; diuinis in ſcripturis exercitatũ, ijsq;

& hostes cōuincere, & Chr̄i doctrinam, si qñ cōmodum est, illustrare. Sic Petrus, quāuis firmiorem fateatur sese in monte propheticæ illustrationis sermonem assecutum, quāuis a patre cælesti didicerit, adeoq; a deo doctus sit, nihilo tñ secius interim Pauli v̄sat ep̄las, dep̄hendēs in ijs quædā intellectu difficilia, q̄ in doctiores quiq; cōspurcarint & interuerterint. Quid Danielem referam? qui doctos eosq; q ad iustitiā erudiunt plurimos, & firmamento, & fulgentibus stellis comparat? Quid Malachiam? qui tā instructum præcipit sacerdotem scripturarum peritia, vt ex huius ore, si qd ambiguū nimirū in lege & prophetis exoriatur, requirant legis intelligētiam. Sic Moses, sic Dauid, ita Isaias, ita demum & Chr̄s, quoties ad legem, quoties ad prophetas, quoties ad psalmos: porro ad fōtes ipsos perpetuā ebulliētes sapientiā mittūt? Scrutamini (inquit Chr̄s) scripturas quoniam in ijs vos putatis haberere uitam æternā. Neq; per transennam inspici iussit, quod vulgus concionatorum solet, sed scrutamini, locosq; singulos p̄spicite: tum fructus huberrimus protrudetur. Verum id tum pharisæis dictum nō ambigimus, sed ita ut et in eos cōpetat, q cælestis doctrinæ professores existunt. Scrutentur singuli scripturas: eoq; oēm solicitudinem animi intendant, huc neruos oēs, omnia deniq; studia porrigant. Nemo ab huius peruestigatiōe excluditur, mō ea scrutetur, q̄ & vitæ & institutis, & morib⁹ proprijs accōmoda sint. Senex es et cōfectæ ætatis, at nulla ætas sera est ad discendū. Imitare iurisconsultum; Etiāsi alterum pedem

in sepulchro, alterum in terra positū sentirē, lite ris operæ nōnihil impēderē. Possem huc multa ex historijs adducere, si nō properarē ad alia. Monachus es, imitare eos, q̄rum tibi noīe blā-diris. Quotus.n.ex ijs nō edidicit psalteriū? q̄-tus etiānum Atticas noctes nō exanclatus in sacris dei eloquijs? Si mihi nō credis, probatiss. viro crede Hieron. ad eum modū Rustic. suum monentē: Nunq̄ de manu et oculis tuis recedat liber, discat psalterium ad verbū, orō sine intermissiōe, vigil sēsus, nec vanis cogitationib. pa tens: ama sciam scripturaꝝ, & carnis vitia nō amabis. Et itē alibi: Diuinas scripturas sæpius legito, imo nūq̄ de manib. sacra lcō deponat, disce q̄d doceas. Itaqꝫ monachismus tibi scri-pturas di. nō adimit, sed iter expedit, q̄liberius ad has expatiaris. Sacerdos Chri es, oues Chri sti tibi cōcreditę sunt, iā p̄cipuas horas sacræ le ctioni cōsecres oportet, vt antea discas, q̄ doce as: ne vbi in publicū prodieris, oēs opprobrēt: Ecce hō q cœpit ædificare, & nō potuit cōsum mare. Ex ore.n.tuo lex dñi exigit. Hic gladius ille est, quē diuendita tunica iussit emere Chrs. Hoc tibi pugnādum, his armis, hocqꝫ ariete in aciē te proripias oportet: si qn̄ aduersarij dñicis ouibus insidias, machinamenta, obsidiōemqꝫ parāt. Obfuit multis inermes se hostib. obiecis-se. Pascendaꝝ ouium cura tibi incumbit, incū-bit officium, sed q̄d sine scripturaꝝ p̄sidijs exe-qui nō potes. Neqꝫ abs re factū existimes, ꝙ sa crosctā pōtificia iura nō tā ætatem annoꝝ, q̄ moꝝ integritatem, nō tā famę innocentiā q̄ sci entiæ omnigenæ peritiā adeo in dei sacerdotib.

exigunt, vt multo sanctius iudicent, paucos habere idoneos ecclesiæ ministros, q̃ plures, q solo nomine, solisq́ titulis sunt illustres? Indignius enim nihil est, nec infandius quicq̃, q̃ eos sacris initiari ordinibus, ecclesijsq́ moderandis p̄ficere, q lamijs sunt cæciores. Quos si i suggesto audias, vel in risus, vel in sannos, & in quiduis aliud poti⁹ q̃ in lachrymas permouearis: in quos nihil iustius cōpetit, q̃ quod in parœmijs uulgo terit̄: Simia simia ē, etiāsi aurea gestet insignia. Porro si insignibus ep̄i es ornatus, fac tam magnifico ornatu scīa, vita, exempla honesti rn̄deant: fac id præstes quod nomen p̄ se fert, hoc est ut doctrinæ intendas, intendas & populo tibi cōmisso. Doctorem em̄ te præcipit esse Paulus, non percussorem, non turpis lucris cupidū, non venatorem. Quin si verum dixit Christus, iam non pisces, non beluas, sed homines capies. At quo rete piscatorio? verbo dei viuifico, hoc expandas oportet, si sancte tuo officio perfungi velis. Memineris qualibus Moses ornamētis Aaronem honestet, qualibus picturet coloribus, quibus ornet vestibus, tumq́ vel maxime rationale illud in animum inducas, quo omnis tuæ vitæ forma duobus & ijs quidem breuissimis verbis, exposita est, hoc est, doctrina & veritate, vt videlicet sana eruditione ac veritate vitæ cæteris præemineas, qui dignitate, qui titulis, qui gemmeo pileo antecellis. Accusabit quispiam forsan naturæ imbecillitatem, & quod dici solitum est, frustra inniti inuita Minerua; sic frustra literis incumbere

dicet, cum beneficio memorie non polleat, deinde & pituita, & podagra, & id generis alijs cum corporis tum animi incommmodis, quo minus sedulam operam sanctis scripturis impendat, grauari, distrahi, abalienari. Quid audio bone deus? Queritur hic memoria destitui sese & pecuniarum, & puellarum, & veterum voluptatum recordatur, vt interim sileam omnia, quæ præsto sunt, atque in præsentiarum fiunt, quam recensere & ordine potest? maxime vero, si de bellis, de iocis de rebus domesticis, porro de qbuslibet caussis prophanis sermo instituitur Causatur ille corporis aduersam valetudinem, & fortissim⁹ athleta est, imo Milone Chrotoniate robustior, si calices epotandi sint, si æqualibus poculis respondendum compotori, si diuersis, & ijs quidem opipare instructis, cibis ventris ingluuies explenda, si totas noctes atque dies symposijs vacandum? Accusat alter sibi fortunam deam offensam, si quãdo optimi comparandi codices, ex quibus & Christum discas & vitam formes: quasi hæc nũmos vel non offerat, vel oblatos inuidiosissius auferat. & perditissimus aleator est: neque etiamnum parcit auro, non argento, non vestibus vllis, si congerronem eiusdem formę nanciscatur, quo cum quicquid est pecuniarum prodigat, Sic qui Veneri qui auaritiæ, qui cæteris denique student vitijs, si quando ijs bonas literas inculces, tum verum inopiam, tum paupertiem, tum & aliquoties vectigal immodicum squeruntur principum. Sunt qui ignorantiam uam temporis inopiæ imputent, quum tamen

Interim nūquam nobis deficiat huius cōmodi tas, si quidem ipsi nos accommodemus tempo ri, si optimas obseruemus horas, si otium malū vt venenum fugitemus, si bonam partem tpis in friuolis ac inanissimis negotijs, & nauci nō faciendis non prodigamus. Literæ enim benę, potissimū ꝙo sanctæ (vt testis est Hiero.) mar-supium non sequuntur: sudoris comites sunt & laboris, sociæ ieiunioꝝ non saturitatis, continē tiæ non luxuriæ. Demosthenes plus olei q̄ vini expendisse dicitur: et omnes opifices nocturnis sp uigilijs pręuenisse. Verum id studij quod nō sine pudore audit male apud plerosq; non mo-do qui in seculo degūt sacerdotes, sed etiamnū qui solitudinem pręelegerunt monachos, secus multo nunc impēditur. Siquidem inuenies qui culinæ sunt frequentiores q̄ bibliothecæ, qui so litudinem studijs optimis amicā, professi, plus q̄ ardeliones ac pharmacopolas agant, omnes teras, omnes vrbium angulos percursitant, mo nachos se iactant, sed qui castra, qui tabernas, qui theatra sequūtur. Et quod olim vetuit Pau lus, negotijs secularibus tā sunt addicti, ut tra-pezitas, vt telonearios, vt quoslibet mercato-res vincant. Quorum animæ macie diuini ꝙbi tabescunt, corpora interim saginantur, & æter nis vermibus in cibum paranī. Proinde ij sunt qui bonis & optimis quibusq; literarum moni mentis bellum indixeruut, tantum abest vt in ijs protritum velint æuum suum, homines vide licet semper mendaces, vt Cretenses, malæ be stiæ, vētres pigri. Iam & sacerdotes offendere licet, eadem febri correptos, qui quibuslibet

vel Isaiã, uel prophetã quemlibet, aut etiãnum ex noui instrumenti scriptorib. Matthæum loquor, aut Paulum, aut Petrũ, aut cæteros (ut simul omnia dicã) exponere uelis, fac tibi textũ reddas familiarẽ, cognitum, ac protritũ, hunc q̃ ad verbum si potes recensero, iã rursus initiũ tibi repetendum: dein enarrãda singula, q̃ ad fidẽ, ad virtutes, ad mores spectare dignoueris. Ita eñ fecisse Chrysost. & quosdã ex vetustissimis simul et sanctiss. doctoribus satis in aprico est. Sin certo nõ es addictus autori, sed pro tpm rõne te & tẽpori & ecclesiæ accõmodas, nihi lo tñ minus ediscendus est tibi textus vel euãgelij vel epist. vt hunc ceu ex tabella recites. Nã id maxime exigunt hisce dieb. auditores. At p̃coni euãgelico nõ semel ob cõem vtilitatẽ inseruiẽdum est tẽpori, queãdmodũ Paulus omnibus oĩa fiebat, citra tñ vllã vel leuitatẽ vel inconstantiã, vt oẽs lucrifaceret, tum expendito, quid nã potissimum ædificationi cedat auditorum, non quo alio torqueas dei verbũ, quã res ipsa patitur: sed opræprecium fuerit tñ perpendere mores, cõuersationẽ, fidemq̃ singulorũ, vt singulis sua pharmaca pares, singulis adhibeas pro qualitate morbi singulas medicinas, alijs enim alij curanẽ medicamentis, nisi porro seip̃os desperauerint. Sic Paulus Cori. 1 ac quasi paruulis nõ solidum cibũ administrat: interim tñ sapientioribus altiora et abstrusiora cõicat. Atq̃ id est cur Christus dixit: Quis putas est fidelis seruus & prudens, quẽ cõstituit dñs super familiã suã, vt det illis cibum in tpe. Prudentis est nõ omnibus omnia, sed singulis singula pre

tẽporum personarumq́ rõne distribuere. Sic sis instructus, vt scripturas scripturis, locũ loco cõferas: singulos qui cohærent, qui eãdem sententiã redolent, confertto, inuicem collocato, ut uideas quorsum tendãt. Porro si qui idipsum attestantur thema quod diducere statuisti, hos in memoriã quasi in arcellas tutissime reponito. Caue ne aliena a proposito themate quęq; magis officiãt, q̃ prosint causæ, cites, alioqui om̃ibus te ridendum doctis expones, & ad nauseatiõem prouocabis. Sis ab eo vitio alienus, quo vulgus declamatorꝝ laborat. Qui si quẽ locũ offenderint, alicubi ab alijs, adeoq́ a sermologis illis, q̃s Dormi secure, quos Soccos, quos Salutis bigas, alijs itemq́ nominibus appellitãt, citatum, mox illi fidũt adeo, adeoq́ mordicus adnituntur, vt ijs solis armati, in medias cõciones temere prosiliant. Quo in albo & ij visuntur, q suo Lutero, aut Zuinglio, aut Brunsfeldio adeo accedunt, tamq́ sunt addicti, vt horꝝ vel solis se plumis vestiãt. Noui atq́ ijs aurib. ijsq́ oculis & vidi, & audiui quosdã, qui horũ feces ad verbum, etiãnum ex chartulis recitare, tã infelices videlicet, vt memoriæ non crederent, quæ lectitare: nec quãuis gloriosis titulis insignitis omnium libellis te cõmittas. Ipse tuis pedibus tuisq́ oculis vtere, memor quæ hortatur Iohãnes: Nolite omni spiritui credere, sed probate spũs, si ex deo sint. Transfigurat enim sese & angelus tenebrarum in lucis angelum, quo commodius decipiat incautos, quo facilius inescat imperitos, ac facile nutabundos. Nõ tibi titulorum illa mõstra, quæ nuper prodierũt

1. Iohan. 4

2. Cor. 11

philosophorum placita Aristotelis videlicet sent(
cosissimi argutias? Aut Platōis ideas? aut Leu
cippi atomos? aut Aesopi fabulas? aut inep:io
ra ijs, quæ ab alijs tam anxie erāt excogitata,
tamq; infeliciter defensata? Atqui hæc vniuer
sa aliquoties adeo execratus ē, vt fateatur cō
stanter: Nemo vos seducat per inanem philoso
phiam, decretis hominum. Quanquam tñ vni
atq; alteræ disputationi hæc obiter, & ceu par
erga interspergat, vtpote accōmodans sese eo
rum aduersus quos differit, si quæ uere erant as
secuti, dictis, quo videlicet proprijs ipsorum cō
futarenē autoribus, cederentq; ueritati. Sic Me
nandri senarium obiectat Corinthijs: Corrum
punt (inquit) bonos mores colloquia praua. Sic
Cretensibus Epimenides versum, quo horum
vanitatem arguens ait: Cretenses semper mē-
daces, ventres pigri, malæ bestiæ. Alicui & A-
ratum inducit, aduersus Atheniensium delira-
menta: Ipsius enim & genus sumus. Verum esto,
hæc inducat Paulus, num totam cōcionem ijs
fœdabimus sordibus? num synceritati cælestis
doctrinæ has intexemus ineptias? Margaritū
hoc euangelicū per sese satis splendidum est, sa
tis illustre, satis superq; candescens: vincit sua
pulchritudine quicquid est humanarum consti
tutionum, quicquid est decretorum, quicqd
quamlibet elaboratum, quamlibet verborum
lenocinio perpolitū: cedit huic Plato, cedit Me
nāder, cedit Aratus, cedit Pythagoras ille Sa-
mius, vniuersæ deniq; sectæ, scholæ, academię
vt iacent, vt prosternunē, vt profligunē. Itaq;,
si per ætatem humanæ phīæ vt vocāt nō licet

versari, ac quasi a limine salutare autores. In hoc sufficiat q̃d reliquũ est tp̃is expẽdere. Neq̃ eñ scripserit Cice. q̃d mentitus sit Aristo. q̃d finxerit Aristippus, quid excogitauerit Isocra: sed quid docuerit Chr̃s exiget a te, hoc talento p̃sentandus es iudici, hoc redditurus es rõem, hoc cũ fœnore repetiturus ẽ p̃rfamilias. Cura quocirca vt synceriter, vt fideliter negotieris. Nã durum exactorem expectabis, si oscitanti us, si pigriꝰ pecuniã dñi tractaueris. Sin tibi & ætas, & tp̃is cõmoditas suppeditant, vt ad hu mana studia aliquoties accedas. Eos adito autores, qui nonnihil subsidiariæ copiæ ad diuinas pernoscendas p̃stant literas, vt qui historias, q locos, qui mores, gentes, regna, prouintias, vrbesq̃ describunt, quorum mentio fit in sacris. Deinde profuerit & eos consulere, qui herbarũ naturas, qui lapidum, qui aĩantium, qui siderũ quoq̃ dispositiones (nã ijs plenæ sunt diuinæ literæ) exprimunt, expẽdunt, eruunt, elucidãtq̃. Iam & tropos & figuras, quibus ceu flosculis diuina eloquia adornata sunt, et similitudines: itẽq̃ & parabolas, licet ex alijs petere: & quã vim habeant, quamue phrasim, quo sint explicandi mõ, qua arte deducẽdi. Ingens eñ in ijs vtilitas: id q̃d & Aug. in li. de doctrina Chr̃iana obseruauit: Proinde ne per abrupta incedat sermo ille, quo adiutoribus persuadere velis, in ordinem digeras q̃ oraturus es. Id facies, si qui dẽ vel hoc mõ tua studia dispensaueris, tũ ṽo maxĩe, q̃n apud pp̃lm declamaturus es. Si tibi in animum induxisti, id quod vtilissimum, vt certum scripturæ autorem, hoc est vel Mosen,

vitijs etiãnum turpissimis, malunt operã oẽm, studium omẽ, oẽs proinde animi conatus, quã diuinis literis accõmodare: quodq; maxie colendum & execrandum facinus: adeo sese deijciunt, adeoq; sordidant, vt non semel & Thrasones & Mimos vel æquent vel superent. Hos ceu propriæ salutis osores linquamus. Oblectẽtur ipsi plausu populi, et vase gemmato bibãt, Crœsi vel Darij diuitias superẽt. Epicurum & totius Cynicæ turpitudinis asseclas vincãt, nostræ deliciæ sint in lege dñi, nr̃æ voluptates ex sacris pendeant literis, nostris ex ijs cõsulemus morbis, formabimus vitam, instituemus sermonem. His nos iactemus, has, quod & Moses p̃cipit, rudis hactenus ppl̃i cordi infigamus altius, narremus posteris, meditemur sedentes domi, obambulantes foris, dormientes, tum e strato surgentes. Quis enim nisi impius dei eloquia nõ præferat omnibus adinuentis humanis? ac quanto studio in ijs desudatum est a plerisq;? Tradita sunt eiuscemodi placitis quædam viuendi præcepta, hincq; plus nimio ad hæc & tutanda & edifcenda manibus, conatibus laboratum est. At quãta solicitudine animis nostris infigẽda ea, quibus æternæ vitæ reseratur aditus, subaperitur ianua. Iactabant philosophi sua, certabunt citro vltroq;, verum seipsos suo gladio iugulabant. Iactemus nos nostra, imo non modo nostra, sed dei instituta: idq; seruemus, quod iussit Moses: Ligabis ea quasi signũ in manu tua, eruntq; & mouebunt ãn ocu los tuos, scribesq; ea in limine & ostijs domus. Digna quidẽ vt oim pię foribus, oibus angulis,

porro in penetralibus cordis nostri adamantino stylo inculpamus. Iam vero ad rem. Concionatoriumque munus propius tractemus. Quisquis feliciter in hoc obuersari aues, id tibi in animum inducas, vt ad fontes ipsos confugias, & ad viuos latices, hoc est, ad eos libros quos tibi ecclesiae inuiolabilis tradidit autoritas. Habes Mosen, habes & prophetas, & totius insuper instrumenti noui scriptores ex ijs patrocinia petas oportet, hos consulas, horum doctrinam inspicias imiteris sermones, quibus indoctum popellum erudierunt. Vide qua arte, quibus modis, qua prudentia, ijs docendis, abusi sunt: Habent (inquit Christus) Mosen & prophetas, audiant illos. Habemus et nos nō iam Mosen, nō prophetas solū, sed Chr̄m legis summam, sed apostolos, sed certissimos militiae nr̄e duces. Versabātur ij non in fabellis Siculis gerris inaniorib⁹, nō in genealogijs pplexis, nō in disputationibus, quibus simpliciores q̄q̄ seducuntur ac subuertuntur, sophisticis, non in humanis, atque ad quaestum institutis traditionibus, sed in lege domini, sed in diuinis eloquijs. Testatur id psalmographus: Beatus vir quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, & beatus qui ambulat in dei lege: Erit eñi tan q̄ lignum quod est secus decursus aquarum quod fructū suum dabit in tempore suo. Testat id Paulus in lege dñi instructissimus miles, qppe qui eam didicerat apud pedes Gamalielis. Is is, si qñ apud populum perorandum, quid orat? quid obtestatur? qd inculcat? Nū humana figmenta? nū pharisaicas cōstitutiunculas? nū

Imponant. Pandectæ videlicet, aut farragines locorum communium, a Brusfeldio & alijs id generis Luteranæ factionis astipulatoribus euulgata, Latent enim mellita venena. Siquidem si iudicio polles christiano, mox ex ipsis thematibus, quæ singulis locis primittuntur intelliges virus ac serpentinos sibilos. Si margaritum euangelicum tibi placet, habes purissimos ac lympidissimos scripturarum thesauros, e quibus doctrinæ aurum effodias. Ut quid in stercoribus gemmas queritas? cui ad manum adeoque tot probatissimi viri sunt expositi. Si aliena ope eges: ut egemus omnes mutuis & consilijs & auxilijs: cur adis eos, quos cum periculo tuo audies? Imo quos vetat Christus audire. Quos Paulus ceu subdititios iubet obseruare, quorum & nomen & doctrina apud nullos, nisi schismaticos bene audit. Quin si commentarijs si castigationibus, si lucubratiunculis, si vitæ, si doctrinæ, si innocentiæ regulis, sermones tuos ceu vernantibus ac perpetuo virescentibus flosculis adornatos percupis, eos adito, quorum fides spectatior, eruditio purior, præcepta vitæ ac innocentiæ honestiora, Habes Hieronymum linguarum peritissimum. Habes Augustinum, hæreticorum malleum, Habes Chrysostomum atticam eloquentiam spirantem, Deinde clementem, Cyprianum, Treneum, Cyrillum, Athanasium, adde Originem, adde Georgeum Nazianzeum, adde Sedulium. Porro & Gregorium, sub hæc Bernardum, tum etiam Allexandros. Thomam, Bonauenturam, & id generis compluf-

culos, quorum eruditiõe, & f[an]ctissimis interpretamentis non parum multum illustrata est diuina scriptura. Quis enim hos (quanquam non inficias eam, eos etiamnũ in multis, id non asse cutos, quod enitebãtur) nisi mente captus adeoque a sese abalienatus merito repudiabit? Nempe quos Christus tot stupendis declarauit ad se pertinere operibus, quos subinde ecclesia catholica, tanto temporum interuallo, probauit, quos si intus consideres, tam sunt, & autoritate, & æstimatione, & opinione, itemq; & vitæ sanctimonia superiores recensioribus, quã cœlum terraq; distant. Non damno ego si penes quem peritia est linguarum, si prophetiæ donum, si interpretatio sermonum, sed multorum vicem doleo, qui lingue donum, in ecclesiæ subuersionem abutuntur. Gaudeant, se secunda fortuna natos, in eaq; tempora incidisse quibus ceu postliminio bone litere, adeoque linguarum trium peritia repuerascit, sed tum maxime ijs gloriandum, siquidem in ecclesiæ catholice edificationem accomodent, si diuinas scripturas non interuertant, si legitimi interpretis officio defungantur, si sese intra ecclesiæ septa contineant. Quam si longius a tergo relinquant, quis tum ijs, nempe hostibus, nẽpe corruptoribus, fidem habebit? Quin multo satius, minorisque periculi multo, si tum vel Plauti vel Terentij, vel Apuleij, vel cæterorũ quamuis spurcissimorum, ineptias, verseris: officere possunt ij moribus, at Christi fidem adimere nequeunt. Neq; inconcinnum fuerit si huc referas, quorundam iudicio, ut Diuus narrat

mouet, ut latentem sub verborum cortice sensum eruat. Fœdum igitur et vix eluibile facinus si quem scripturæ locum aduersus philosophicas aut Iudaicas fabulas a spiritu sancto pictatum, offenderis, eum contorqueas, contra ecclesiæ decreta, huc rapias, huc accommodes. Sic si aliquoties impia damnantur opera, mox ijs scripturis aduersus præclara sanctorum facinora abutaris, si quibus dæmonum cultus prohibetur dololatria, aduersus diuorum venerationem. Ita si de fide instituisti sermonem, si de prudentia, si de charitatis laude, et id generis alijs heroicis, ac euangelicis uirtutibus disserturus suggestum conscendisti, eaque proferas, quæ nihil ad rem præsentem adeoque ad causam faciant. Dispiciendum igitur cum primis, quæ in sensum loci aggregati resipiant, idque admoliendum vt sciamus quis sit germanus scripturæ intellectus, deinde si in offense ad anagogen vel Tropologiam aptari queat. Iam cum Historicus sensus quem vocant, hypostasis sit ac totius moralis, anagogicæque instructionis fundamentum, siquidem ab eo deflectas, ansam arripient hæretici totas inuertendi scripturas. Esto hic tibi & Cardo & Canon certissimus, quo tua communias, euincas atque aliena & ab vera intelligentia exotica, reprobes. Tum si quid, ex historijs, porro ex veterum gestis ad fidem moresque seligere quiueris, minime aspernandum. Apposite igitur cites scripturæ testimonia. Caue nec sordidis quorundam lacunulis, nec confusissimis barbarorum collectaneis, id quod paulo ante monuimus, sed e

fontibus, sed ex sacris interpretibus, haurias venas aquarum viuentium, quas subinde sine inuidia, ac fictione, sine arrogantia & ostentatione, in auditorum corda instilles. Caue ne ad tua decreta arcanam cogas doctrinam. Intelligentiam videlicet potius ex dictis expectes, quam imponas, referas, quam adferas, aut ex cogites, pro tui cerebelli ineptissimis simul & vanissimis somniis. Paratos igitur habeas locos ad quodlibet Thema deducendum, sed aptos sed synceriter adhibitos, sed apertos, ac faciles, quique facili ductu in aures hominum influant, quos item non multo sudore, non anxio item compendio, interpreteris, sed mox vbi proposueris, ipsi sese ingerant. Nam si per ambages incesseris, si labyrinthos quosdam exstruxeris, nihil aliud quam operam & impensa perdideris, frustraque optimam temporis portionem expenderis. Imo ne frustra modo, sed etiamnum perniciabiliter. Vt pote in

(eo loco, vbi praeter

feremus acceptum? Nimirum nostræ inertiæ, nostris vitijs, & ijs a quibus edocti sumus preceptoribus, tum etiam illis, quorum scriptis oblectamur. Quāto igitur salubrius vt post sanctas scripturas, eorum hominum versaremus tractatus, quorum fides nota est, quorum scripta totius orbis consensu recepta sunt, quę iam disertiores non modo nos reddant, sed meliores. Prudentię inquit Hierony. est aurum in luto reperire, vt te non commacules ipse. Imossi fedari metuis, si animus huc illucq; facile ad omnem doctrinæ ventum propellitur: iam non necesse habes aurum in scœno quęrere. Multis enim obfuit sui fiducia, multos deiecit audacia, multis imposuit verborum lenocinium. Nam dum pretiosum a vili separare nequiuere, cessere lupis in deuorationē, dūq; recta monentem obducto supercilio ridere, omnibus facti sunt in in sibilum, ab omnibus ridentur miseri. Habes, quibus scripturis pugnandum, q̊ue gladio aduersus falsa dogmata pro veritatis apologia, vtaris. Iam festinandum ad alia, nam festinant et tempora tacitisq; senescimus annis. Id tamen obseruandum (quandoquidē sermo de hæreticorum, philosophorumq; scriptis, dictisue intercidit) ne si quid ad regulas scripturarum, si quid ad ecclesiæ catholicæ defensionem, si quid ad communem & orthodoxum sensum, respondeat: in medium proferant scribant, aut doceant, ob id reijcias, quod a fide alienatis ethnicisq; id astruatur, quasi indignis veritate, sed amplectere inq; tuæ fidei patrocinium arripito. Siquidem uera dixerint me

Hiero. ad furiam.

mineris & Dæmones, & Caipham vera aliquando pronunciasse. Verum enim dixit Satan: Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnib. vijs tuis. Nō damnat id Christus, vtpote a spiritu veritatis ex psalmis profectum, sed quod subticuit zabulon, mox obijcit, Non tentabis dominum deum tuum. Itaq; si quæ veritati conspirantia hæretici proferāt, si falsa dogmata repudiata velis, si conciliatas dissidentes ac dissentientes parteis, si restitutam reipub. pacem, si sublatos e medio errores obuijs exosculare manibus, quæ offertur veritatis norma, & à quocunq; tandem proficiscatur. Expende, trutina, quo pótes animi iuditio, siquidem nihil periculi lateat, si omnia vera, vero consonent, non repugnes, caue ne aduersus iustitiam, bellum instituas, qui hanc defendendam suscepisti, atque ita obseruandum alicubi, docuit & Ioannes de Gersona, & aliorum complusculi. Id tamen examinis solum doctis tribuendum. Sub hæc, locos aliquot certos tibi in aceruum coactos, volo esse, quibus dū commodum fuerit, maxime tamen si quando temporis angustia premaris, sitq; ex tempore prædicandum pro tuo arbitratu, proq; thematum obfirmatione vtatis. In quibus nihil sit coactum, cōtortum nihil, omnia eum sensum spirent, in quo sunt prolata, atq; hactenus ab Ecclesiasticis scriptoribus exposita. Neq; enim cuiusuis est, quelibet scripturæ verba interpretari, multo minus ad suum sensum accomodare, sed eius qui varia legit qui in multorū interpretationib. est versatus, qui nullum non lapidem

Ieremi.4. Hiero. id quod est apud Ieremiam. Qui habitauerit in vrbe hac morietur gladio, fame et peste. Qui autem egressus fuerit ad Chaldeos q. obsident vos, viuet. Hoc est quisquis inter cri-

Hieró. ad Ieremias. ptica hæreticorum obuersatus fuerit conuenticula, fame verbi dei, quod hæretici non habēt, quippe qui spiritum dei non habent, sine quo mortuum est quoduis verbum, quamlibet politum, quamlibet elegans, ác splendidum. Qui vero egressus fuerit. Chaldeosq̄ adierit, Philosophorum videlicet & Poetarum placita animam ille seruabit suam. Recte igitur Idem vir sanctus, monet Letam de institutione filiæ Pro gemmis & serico, diuinos codices amet, in q̄bus, non auri & pellis Babylonicæ vermiculata pictura: sed ad fidem placeat, emendata

Hie. super Letam. & erudita distinctio Discat primo psalterium ijs se canticis auocet & in prouerbijs Solomonis erudiatur ad vitam, In ecclesiaste consuescat quæ mundi sunt calcare. In Iob virtutis & patientiæ exempla sectetur, Ad euangelia trāseat nunquam ea positura e manibus. Apostolorum acta, & epistolas tota cordis imbibat voluntate. Cumq̄ pectoris sui cellarium, ijs opibus locupletauerit, mandet memorię prophetas. Peutateucū & Regū & Par alippomenō. Esdre quoq̄ & Hester volumina. Ad vltimū sine periculo discat Canticum canticorum, ne si in exordio legerit, sub carnalibus verbis, spiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens, vulneretur. Caueat omnia apocrypha Et si quando ea, non ad dogmatum veritatem sed ad signorum reuerentiam legere voluerit:

Sciat non eorum esse quorum titulis prænotantur, multaque ijs admixta vitiosa, & grandis esse prudentiæ, aurum in luto quærere. Cypriani opuscula semper in manu teneat Athanasij epistolas, & Hilarij libros, inoffenso decurrat pede Illorum tractibus, illorum ingenijs delectetur, in quorum libris pietas fidei non vacillet. Cæteros sic legat, vt magis iudicet, quam sequatur. Hactenus ad mulierem secularem, Quæ vtinam tam præstarent Monachi & sacerdotes complures, quam præstitit filia inter delicias educata. Legunt ij Talos & Tesseras, illa diuinas ediscit scripturas. Amplectuntur illi non semel pro margarito euãgelico, hæreticorum stercora, hæc tam non amplectitur, vt etiam respuat, vt damnet, vt iudicet. Hij omnes docere antequam discere volunt, huic quamquam docere prohibeatur, ad manum tamen sunt Sanctorum scripta. Illa non antèa damnat, quam perlegerit apocrypfa quæque. Nos omnes iudices sumus, eaque improbamus plerũque, quæ neque per transcursum, quod dicitur, vidimus. Nescimus quotus psalmus sit, quę pars prophetiæ, quod legis capitulum, & loquendi facilitate interpretamur audacter, quod nequaquam intelligimus. Non ad nos pertinet inquit alias Hierony. vt Christus formetur in populo vt ad domum vnusquisque rediens habeat verbum dei, sed vt stentoria voce in auditorio pp̃li applausum captemus, vt rabularum instar non ad lachrymas, sed ad risus, & cachinnos extimulemus. At quibus hoc mali tandem Idē. Hier.

vtilia, nihil vel dici vel agi debet, nihil q̄d non ad ficet proponi. Nam si de omni verbo otioso reddenda rō est apud Christi tribunal, qua animaduersione putas dignus est, qui euāgelicam cathedram, idq; corā rudi & infirmiore multitudīe sexꝰ vtriusq;, vel mēdacijs, vel ineptissimis fabulis replet, aut certe nō id agit q̄d in mādatis suscepit, sed alio deflectit, atq; alia pro sua libidine tractat? Non damno, si qñ sancta quadam simulatione, vno alterove verbo veternum excutias, ad voluptatem instructio, sed id mōstro, vt q̄ fieri potest maxime scripturis apposite vtamur, non q̄ramus perizomata ubi uestiū supellex diues ē. Proinde lector q̄ tuis & omnium, præcipue vero ubi concionatorū studijs cōsulatur, quove omnia habeas ceu ad congressionem bellici tumultus iāiam instantē ad manū arma exposita, obuia, instructa, propediem euulgemus concordantiarum farraginem, & vt ita dicam, sacram quandam areolam, ad quodlibet thema deducēdum. In qua quisquis, si modo volet, comperiet mater[illegible] & tempori & personis & causis oportunam. Fac nostram lucubratiūculam tuis precibus iuues. Paulus diuini verbi præco cōstātissimus simul & prudentissimus monet: vt omnia nostra ad ædificationem fiant corpotis Christi. Manifestatio enim spūs ad vtilitatem dubio procul datur ecclesiæ: sic linguarum peritia, sic interpretatio sermonum, sic propheticæ visionis intelligentia. Quocirca id intendat cōcionator oportet, vt euellens & plantans, destruēs & erigēs, monens leniter & duriuscule obiurgās, mode-

ſtiam Chriſtianam, quaſi bonum de ſe fundat odorem. Modo virtutes quibus ad ſidera tranſferimur, condignis laudibus efferat, mō ijs cōtrarijs vitia, quæ nos in orcum, inq; tartarea regna demergunt, generatim carpat, rodat. Modo veterum fidem collaudet, veterumq; præclara geſta. Nam id maxime profuerit ad deſides excitandos, modo patrum geſta, martyrū trophæa, virginum certamina, medijs aliquoties concionibus interſpergat, maximi faciat: dein noſtram inertiam accuſet: ſicq; refrigeſcētem atq; ſepultam charitatem in iuſtam facile flammā exuſcitabit. Neq; improbo, ſi ethnicorum aliquando intertexas hiſtorias, ex ijsq; colligas, qualibus mortibus digni ſint Chriſtiani, qui id non præſtant propter indipiſcendam perpetuam felicitatem, quod illi ob fluxam et caducam hominum gloriolam, Dæmonumq; gratiam præſtiterunt. Nam finis illorum mors, infernus, perpetuiq; cruciatus. Chriſtianorum vero merces æternum durabit, immarceſſibilis eſt. Quanto igitur nobis inſudandum ſtudio vt nonnihil laboris ob hanc aſſequendam obeamus? Porro qui volet vtiliter ſuo defungi officio imitetur Iohannem. Qui poſtquam vaſtę ſolitudinis non ſine frugali victu, non ſine mollium veſtium contemptu, aſperitudinem exantlatus eſt, tum ſeſe ad docendum promiſcuum vulgus accinxit: Pœnitentiam (inquit) agite, appropinquabit enim regnum cælorum. O uocem cæleſti præcone dignam, Humanæ philoſophiæ profeſſores terrena pollicentur, hic cæleſtia & perpetuo duratura. Alij diuitias pro-

mittunt, alij falsam libertatem hominicus inculcare adnituntur, & quæcunque carni blandiri possunt, ingerunt. Hic & factis & clamore inducit ea, quæ fortiter caro abhorret, hoc est redire a vitijs ad virtutum fastigia. Cuncta siquidem quæ audiebant, quæque cernebant ad altiorem eos sapientiam subleuabant, deiecit animo elatos, erexit humiles, accommodans videlicet sese singulorum necessitati & vtilitati. Quodque omnium fuit prudentissimum, singulis pro conditione ac status sui necessitate, singula viuendi præcepta descripsit. Non enim verebatur æstimationem vulgi, non nobilitatem generis, non crudelitatem propheticum sanguinem sitientium pharisæorum: Progenies (inquit) viperarnm, quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira? Et iterum: Facite dignos fructus pœnitentiæ, iam enim securis ad radicem arboris posita est. Ad milites autem: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Ad turbas: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Denique ad omnes in vniuersum: Parate viam domini rectas facite semitas eius. Audis hic quo sermone, quave oratione euangelicæ doctrinæ iacta sunt fundamenta. Mox enim a resipiscentia incipit, moxque terrore deploratas concutit conscientias, deinde iubet præclaris incumbere virtutibus, præcipit elargiri sua, non rapere aliena, non scortari, non pellices nutriri, idque

non iam infimis, sed pharisæis, sed principibus sed regibus quoq;. Verum qui ijs temporibus in regum aulis obuersantur, porro qui euangelij voce gloriantur, suas conciones absolutas tum maxime autumant, si id persuaserint principibus, vt maxime templa euertant, vt alieno censu suis commodis consulant, vt præter carnis libertatem, nihil quod sit præclarum, quod sit egregium, & homini Christiano dignum, meditentur, exequantur. Sunt enim qui ad manifesta hominum errata conniuent, immo qui sub omni cubito puluillos ac ceruicalia consuentes, non modo dissimulant in sui aliorumq; interitum, sed etiamnum fouent, nutriunt. Quos contra aliquoties prophetæ clamitant: Veh qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Idque non alia ratione, quam vt suisipsorum vtilitatibus prospiciant, sua Marsupia repleant, atq; ob id adiunxit, propter pugillum hordei, & fragmentum panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarēt quæ nō viuunt, Ad id enim perditissimi homines contendunt, vt se aliosq; vel adulatione, qua maxime valent hyppcritæ, et qui suos abusus stabilire malunt, quam CHRISTI gloriam dilatare, vel hæreseos lethiferis dogmatis, qua Antichristi præcursores sunt fortes ac robusti gigantes, perdant, interimant. At vero qui pure CHRISTVM docere instituisti,

vtrunq; tibi ceu toxicum fugiendum. Caue ob humanos fauores a veritate deficias, qm̄ Iohānes neq; metu neq; blandiťijs neque morte ab hac deflexit. Qui (inquit Chr̄s) me erubuerit meosq; fermones corā hominibus, & filius hominis erubefcet eum coram angelis dei. Et iterum: Nolite timere eos qui occidūt corpus, animam autem nō poffunt occidere. Timent, qui principum metu vel fauore ducuntur. Cæterū grauiter ijs & alibi dn̄s apud Ezechielem minatur: Si dicente (inquiens) me ad impiū, morte morieris, nō annunciaris ei, fanguinem eius de manu tua requirā. Erem̄ dominici nuncij baiulus es, caue ne fecus atq; demādatum tibi eft exequare: exhibeas te viuum dei organum: qm̄ quidem nifi tuo adfis officio, & id quod habere vifus es, auferetur a te, & dabitur genti facienti fructum eius. Noli ob micas panum perdere euangelicum margaritum. vterq; enim reus apud iurifconfultum pronunciatur, & qui veritatem fubticet, & qui falfitatem promulgat: fi quidem vterq; nocet, prodeft neuter. Iam fi recto ordine oratiōem exorditus es, id cures oportet, vt in veteri patrum fide populus coagmentetur, obfirmetur, & perduret, vt mutam citro vltroq; fibi opē ferant, vt fuperiores fuos agnofcant, vt vectigal, ut decimas, vt deniq; omnibus debita reddant. Sic fecit Paulus, fic Petrus fic magifter nofter Chriftus. Reddite (inquit) Cæfari quæ funt Cæfaris, & quæ funt dei deo. Et Paulus: Cui tributū tributum, cui vectigal vectigal, cui honorem honorem. Operæprecium fuerit hufce maxime temporibus, quibus re

belle vulgus ad seditionem facile incenditur, ea inculcare publicitus, quæ pacem commendent, & eã præcipuo, quã toties Chrs inculcat, toties repetit toties iterat: Pacẽ (inquiens) meã do vobis. Hac vnica seruatur respublica. Quo circa quicquid hanc promouet, id summis efferant laudibus: quicquid vero huius vim enervat, vt commune malum ac pestem execrentur, inqꝫ exilium relegant. Traditiones hominum ita tractent verbi ministri, vt nihil seditionis, nihil tumultus oriatur in populo. Id facile fiet, si pars parti cedat. Sunt nanqꝫ quos ad sanguinem vsqꝫ pro suis abusibus decertare videas, nec vlla ratione cedere volunt, quanquam interim fides religioqꝫ periclitetur. Rursus cõperies & alios quibuslibet artibus, modis, technis admolientes, vt per omne nefas sua hæresis, plerisqꝫ omnibus imponat. Vellem in hac controuersia arbitros designari incorruptos, q qꝫ id spectarẽ solum, quo pax restitueretur ecclesiæ, quo reuiuisceret apud multos extincta charitas, quo relligio iam olim sopita, apud plerosqꝫ oẽs repullularet, vellẽ ita singula cõposita ꝑ dei clemẽtiã, vt si quidẽ fieri posset, aurea illa secula ecclesiæ redirent, vt omnes vno ore, vna fide, vno animi proposito honorificarent deum per IESVM CHRISTVM, totius & pacis & concordiæ assertorem. Idqꝫ facile fiet, si solum CHRISTVM ob oculos ponamus, si priuatis posthabitis bonis, quæ reipublicæ sunt Christianæ spectemus. Danda igitur opera, vt q̃to maximo põt studio concionator, hæc infundat multitudini, hęc inculcet,

Docendus eſt & decalogus, ex quo doctrinas eliciat, quibuſlibet hominum moribus accommodas. Neque proprio Marte incedendum, nihil ſine Theſeo attentandum, vtatur audenter ſcholaſticis doctoribus, quorum opera decalogus illuſtrior eſt redditus. Doceant ſubinde fidem, ſed non ſine operibus ſufficere ad ſalutis æternæ conſecutionem. Inculcent opera, fructus ſpiritus, ſed ſine ſui fiducia ſolius. Roborent eccleſiæ conſtitutiones, ſed ita vt dei mandatis non porro adæquent. Nam hæc oportet fieri & illas non omittere. Glutinum enim bonum eſt, inquit propheta. Profuerit & aliquoties de ſacramentis eccleſiaſticis ex ordine, per que aliquot hebdomadas conciones inſtituere, vtpote per domini aduentum, perque quadrageſimam ſacram, tum enim ex omnibus augulis ad dei verbum concurritur. Hic omnibus quibus potes neruis enitere, vt rudioribus, quibus lacte opus eſt, non ſolidus cibus, inculces, eadem credant eſſe ſacramenta quæ Chriſtus inſtituit, quæ apoſtoli tradiderunt, quæ eccleſia catholica recepit, nihil in ijs fluctuent, ambigant nihil. Adde ijs ſymbolum quod vocant apoſtolicum, adde precationem dominicam, adde eccleſiæ receptiſſimas conſuetudines, potiſſimum tamen eas, quas iura pontificia non damnant. Nam ſunt nonnullæ contrarijs conſtitutionibus abrogatæ, ſunt & aliæ diuinis literis ex diametro pugnantes, quæque nullum robur, vtcunque inualeſcant, ex temporis diuturnitate recipere poſſunt. Stirpitus igi-

tur has euellas, ne ab impijs in ius, quod allo- qui est iniustissimum, assumātur. Diuturnitate augentur, non minuuntur peccata. Sermonem tuum semper, quoad fieri potest, C H R I S T I morte condias. Nam hæc redire cogit ad vitam, quamuis morte confectas conscientias. Huius itaque energiam omnibus quibus potes modis, imprime ouibus C H R I S T I. Namque vbi sese intellexerint miseræ conscientiæ, tam charas, tamq; adamatas C H R I S T O, vt harum gratia descenderit ad ima, adeoque ad serui conditionem, neq; descendit modo, sed etiamnū dānationis sustulit e medio chirographum, affigens illud cruci: mox in iustam exuscitabitur flammam igniculus charitatis, qui hactenus per plurima scelera refriguit, ac fere extinctus fuit, fideq; arripiet tam lætum nuncium, nimirum peccatorum condonationem. Atqui hic obseruandum, ne hac fiducia subnixus popellus, crucis fructum vitæ licentia euacuet. Id tum fiet, siquidem mortem C H R I S T I, sine vitiorum morte prædices, si fiduciam in promissa dei sine præclaris facinoribus, hominibus persuadeas, si non crucis fructum, quem C H R I S T I imitatione assequimur, insinues. Satisfecit siquidem CHRISTus, sed ita, vt & nos ad multijugas operum satisfactiones obstrinxerit. Videlicet si velimus nobis non imputari, sed condonari peccata per C H R I S T V M, remittamus delinquenti in nos fratri, beneme-

reti studeamus erga omnes, eleemosynis redimamus peccatorum noxam, compatiamur Christo, sacramentis sancte, atque religiose, quę in medelam animarum sunt instituta, vtamur. Hisque ceu diuinis organis, credamus expurgari veterem hominem. Causam tamen omnium primariã, cum sacramentorum tum meritorum in Christum regeramus, ceu totius salutis auctorem. Porro hic conducibile admodum fuerit, vim sacramentorum expendere, et quid valeat baptismus, quam vim exerceat in peccatũ, quodque hoc abluimur, hoc regeneramur ad vitæ nouitatem non vt licentius peccemus, sed quo perpetuo inhæreamus vestigijs omnium seruatoris Christi, quo aduersum nos ipsos, porro vitia nostra, perpetuum bellum exerceamus. Sicut, inquit Paulus, exhibuistis membra vestra seruire immunditię, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibite membra uestra ser

Roma. 6: uire iusticiæ in sanctificationem. Iam et eucharistiæ vim conuenit: maxime dum huic participare promiscue contendunt, vel suapte deuotione id quod saluberrimum, vel ecclesiæ iussis adacti: declarare. Aperiendus ingens qui in hac latet thesaurus, vtpote caro & sanguis Christi quem olim abunde pro nobis effudit.. Nam ut idem vbique Christus, ita eadem vtrobique caro idem sanguis, eadem anima, eademque subinde diuinitas, quanquam alio ac incomprehensibili modo. Sub hæc & huius sacramenti vsus, deinde & fructus multiplices sunt docendi. Interim tamen, obseruandum, ne dum ad viuum omnia adeoque ad nudam cutem expende

ris, ſcrupulis plenas relinquas cõſcientias. Craſſius enim &, quod dicitur, pingui Minerua explicanda ſunt abſtruſiora illa ac abdita myſteria, ſat fuerit, ſi præſentię Chriſti in euchariſtia, modum deprehendere nequeant, fidei totum committere. Sic agni commeſti reliquiæ igni comburuntur. Fidem tuam, verbum Chriſti roborat. Hoc eſt corpus meum etc. non alio deflectas, huc huc eiſdem obtutibus dirige mẽtis oculos. Curandum potius, vt non in iudiciũ & condemnationem tanto cibo abutamur. Mors enim non ſuapte natura, ſed vitio ſumẽtis, ẽ malis, vita bonis. Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Sacramentũ penitentiæ ita tractent, vt a patrum ſanctiſſimorum tramite non deſciſcant. Nihil moren̄t hic hæreticos, quorum alij, contritionem, alij confeſſionem alij item ſatiſſactionem amoliri procatius enituntur. Viderint tamen interim verbi diuini Concionatores, ne facile in eas voces prorumpant, quæ multorum in ore frequentiſſime verſantur. Peccatum, inquiunt, eſt mortale. Quos ſi audias, non Chriſti fauorem, non lætum dei nuncium adducere, id quod eſt Euangelici concionatoris, homicidas ſpirare, Tyrãnos, Lictores magis dixeris, quam chriſtianæ philoſophiæ prædicatores Non inficias eo, peccatorum tyrannide ac morte, rebelles alioqui conſcientias, non ſemel concutiendas, vt a flagitijs vel penarum metu reuocẽt, ſed id cupio, ad ſcripturarum exigi regulas ex preſſiſſimas Ex ijs ſententia proferatur. Oñdunt em̃ qs clauẽ cęli que inferniq; habeat, qs deducere ad inferna, re

ducereq; ad superos, quis vitæ & mortis habeat imperium. Imo cuius autoritate, vel pœnis vel honoribus afficiendi simus. Has primum eruas, tum si in quos pœnam denunciant mortis, non graueris harum exemplum sequi. Quã fieri potest maxime, caue ne odisse p̃sonas, hominesque videare, sed vitia, dumq; delictis uarijs fœdatos conspexeris, ne porro contemne,
.Cori.12. ne iudices, ne opprobres, sed compatere. Quis inquit PAVLVS infirmatur & ego nõ infir-
Roma.11. mor? quis scandalizatur & ego non vror? Et iterum: Tu autem fide stas, noli extolli, vide potius, ac pertimesce dei iudicium, ne & tu excidaris. Neminem quanquam perditissimum abijcit euangelij gratia, omnibus obuia est, omnibus exposita. Suscipit Publicanos, recipit adulteram, allicit meretrices, suppetias fert omnibus. Namq; omnibus attulit Samaritanus noster & oleum & vinum. Inuenitur ab omnibus qui non hypocritica mente peruestigãt qui ex animo, & summo studio, ambiũt. Quocirca si quando acerbius insectatus est crimina, medicorum industriam imitare. Hi nõ semper subacerba, sed modo dulcia, modo suauia adhibẽt ęgrotis medicamina. Ita si timore reddidisti conscientias perplexas, fac euestigio erigas dulcissimis illis promissionibus fauoris, & gratiæ dei erga nos, seruant hunc morem sacrę literę perpetuo. Conuertimini, inquit dominus, ad me, & ego conuertar ad vos. Et iterum inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes domini dicentes, parce domine perce populo
Iohelis.2. tuo, moxq; Conuer. ad dominum deum vestr.

quoniam benignus & misericors est, prestabilis super malitia. Vtrumq; coniūgit spirit' sanctus, & terrorem peccati adeoq; instantis iam iam iudicij, & ne desperent dei erga miseros clementiam. Imitetur Concionator Christum, quoties hic dulcissime ad se īuitat quibuslibet vitijs onustos? Venite inquit omnes ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos O vocem quouis melle suauiorem. Alij vocāt vt occidant, vt animas alioqui natura immortales, interimant, hic allicit, trahit, ad seq; recipit dicens ego reficiam. Tanto interuallo ab hominum adinuentis differt doctrina Christi. Non possum hic non ridere, imo et acerbius flere, quorundam Declamatorum temerariam impudentiam, qui si quando de vitijs ac virtutibus in cathedra Christi apud infimam plebeculam concionem instituant, nihil aliud quā penarum plaustra minitantur, enses, ignes. Porro solas illas q̄tuor plagas pessimas, per Ezechielem intractabili populo comminatas, solis concionibus suis permiscēt. Atuero ad quas literas cōfugiunt? Ad iurisconsultorum decreta, leges responsa, ad Bartholos, & Baldos, & cæteros q̄sq; ad rē euāgelicā porro ineptos. Quos si iurisperitus qspiam adeat, q̄rsum nā citata lex tendat sciscitans. Hic Clamator meus obmutescit, hic ne gry quidem, aut Rho, respondere potest, qui tam perfricta frōte totum auditorium inanibus clamoribus repleuit. Quanto consultius ij Paulum imitarentur, Petrum. Imo Christum, cælestis disciplinæ, cælestem doctorem, Predicate, inquit, euangeliū oī

creaturę, docentes eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis, hoc est non quid iurisconsultus, qui de rebus plerumque decernit ab euangelio alienissimis, sed quid spiritus veritatis, pro formandis moribus, proque firmanda fide suggerit. Agant causarum forensium Oratores, suum negotium. Agat & euangelij pręco suã defunctionem. Quæ enim comparatio Christi
1.Corin.6 ad Belial? lucis ad tenebras? Regni cælestis, quod possessiones terreas pauperibus largitur, pecuniam execratur, diuitiasque quaslibet horret, ad temperale & quod lapsurum est regnũ breuique terminandum? Habes Mosen, habes prophetas, hos nõ puduit citare Christum, nec pudeat hui[us] legatum. Sunt hæc scholis committenda, non publicitus apud imbecille vulgus anxius enarranda. Non hæc illuminant, sed cõfudunt ingenia, non alliciunt ad Christum, sed ad eas res, quas vt vilissimas contemni iussit Christus, Declaratio, inquit Dauid, sermonũ
Psal.118. tuorum illuminat, obserua quod n quit: Sermonum tuorum, significans, nõ omnia huma
Prouer.8. na decreta modo illuminare, sed obscurare. Testatur & id Sapiens Qui me elucidant vitam æternam habebant. Neque enim omnibus enarratoribus æterna vita promittit̃, alioq & qui Platonem, & qui Terentij profitentur Comœdias, et ijs ieptiores quaslibet fabulas, ęternæ vitæ premium designaretur, sed q diuinã sapientiã, q prophetas, q euangeliũ elucidant, ij vt stellę fulgebunt. Sic refulsit helias, sic Ioãnes baptista. Sic apostoli omnes, ita denique & qui hoꝝ exẽplis pellecti, homelias ediderũt in vul-

gus. Lege si libet Chryso. Lege Greg. item Bernardum, item Bedam: dispeream si horum orationibus has nenias interspersas repereris, & tñ interim citant Mosen, citãt euangelistas. Nõ damno si quisp am uel obiter ijs hominum placitis utatur, modo totas horas non insumat, nõ perdat, modo robustior atq̃ dẽsior sit in sacris, qui sacram profitetur legem. Lex enim est quę conuertit ad dominum, sed quæ a domino profecta est. Cæterum, quæ dubia hactenus sunt, & necdum apertis scripturis euicta, aut Conciliorum infracta autoritate definita, consultius silendo transigimus quam tractamus, imo ne attingamus quidem: Alioqui suspensos relinquimus auditorum animos, & quos suscipi vult Paulus, quos obfirmari ne fluctuent, conscientias, has nostris sermonibus infirmamus, destruimus. Quandoq̃ dẽ hæc Scholis, & Sorbonicis palęstris aptiora sunt, q̃ ecclesię ad dei audiendum verbum coadunatę. Disputent harum Magistri pro & contra. Nos pulpita conscendimus vt quæ disputata sunt enarremus, vt aptis, vt iustis testimonijs, tum exemplis illustrium virorum ac mulierum nostras orationes confirmemus. Seruum dei, inquit apostol⁹, non oportet esse litigatorẽ, nõ disceptatorẽ, sed recte tractatorẽ ỽbi diuini. Quid disceptatiũculis proficit? Certe aliđ nihil, nisi hoc ipm q̃d Paulus testat. Noli ingens cõtendere ỽbis, ad nihil em̃ vtile ẽ, nisi ad subuersionẽ audientiũ. Perinde atq̃ diceret, eiuscemodi supciliosas disputationes in tm̃ nihil ad veram pietatẽ conducere, vt potius gignãt pestẽ totius chr̃iani-

mi, vtpote fidei eneruationem, & totius mali cataclismũ uidelicet inuidię, dũ ex aliorũ auto ritate eleuata nobis paramus autoritatem, dũ aliis conuictis adeoq; nostra temeritate confusis, nobis encomium ante uictoriam iustam decantamus, arrogantiæ, dum quisquis sibi inanẽ victoriolam tribuit quam nondum est assecutus, nascuntur & contentiones, dum gliscente rixarum calore aliis alij cedere, perinde ac temulenti forent, nolunt. Vtq; semel omnia dicã nascuntur & in deum blasphemiæ, suspitiones malæ, deniq; quid non malorum? Certo igitur tibi pede incedendũ, nec quouis pacto vel ad dexteram vel ad sinistram declinandum. Spiritus enim sanctus certus est, acutus est, modestus, amans boni, stabilis, hoc autore, cęlestis philosophia castissimis mentibus illapsa est, hunc ceu proles patrẽ imitat, huius energiam exprimit. Vtq; nõ nihil int'sit int' terrenã illam et q̃ maximi facere philosophi stulticiam, hoc enim nomine dignatur eam Paulus, & cælitus allatam doctrinam. Hæc dissensiones e medio tollit, illa nutrit, ac pertinacius asserit, hæc mentes hominum in deum corripit, agitq;, illa a deo optimo Maxi. abalienat, hæc plena innocentia, castitate, & omnibus item virtutibus referta est, illa si quas offendit v̶tutes, spurcissime contaminat. Inter mundanæ sapientiæ professores videmus quanta sit æmulatio, quæ pugnæ, quæ dissidia? At e diuerso qui CHRISTI iactant doctrinam vereque possident, deus bone, quam sibi conspirant, consentiũt, quã execrantur verborum pugnas, Iacobi lege epi

stolam, tumq; comperies quantum abesse debeant, eiuscemodi certamina a viris euangelicis, potissimum vero ab ijs qui suis orationibus ab erroribus eripere nituntur homines. Neque enim, inquit Paulus in contentione, non in spinosis syllogismus, nō phaleratis eloquentiæ flosculis, sed in virtute dei, ac potentia consistit euangelium, ac animarum lucrum: effuge igitur in ipsis concionibus tuis, vt pestem nocentissimam, aduersorum dogmatum pugnas. Habes certos scripturæ locos, quos absque omni periculo audientium propones, si me recta monentem audies. Quid enim ipse tibi Labyrinthos extruis, e quibus explicare teipsum nequeas? Si quos vides aduersus scripturæ sacræ communem sensum sese erigere, eam intrepide sententiam amplectere, quam tota ecclesia, tot patres, tot Conci. tantus vbique omnium consensus, amplectitur, defendit, fouet. Locos, qui diuorsum redolere videntur, facile poteris communi sententiæ conciliare, si quidem quæ ambigua sunt, distinxeris, si dixeris eos non eo spectare quo hæretici contrudunt, sed vel ethnicorum placitis vel Iudæorum superciliosis decretis aduersari. Quandoquidem scriptura ecclesiæ catholicæ aduersari nequit. Absit ab euangelico concionatore procul mendacium, neq; etiam vt veritatem astruas vllo pacto mentiendum. Memineris CHRISTVM, tibi veri-

tatis euangelicæ functionem sine vllo verbo℞ fuco demādasse, memineris quid suis antea in cusserit Christus, q̄ in orbem mitteret: Sit (inquit) sermo vester est est, non nō. Spiritus enim sanctus vt certitudinis est amans, ita & veritatis ipsissimæ: atq; ob id Christus: Spiritus veritatis ducet vos in om̄em veritatem. Antiquus (inquit Hiero.) sermo est: Mēdaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur. Obiurgat alicubi pseudoprophetas dn̄s, q; non q̄ ipse iusserit, sed sui capitis somnia dixerint. Vsq; quo istud est in corde propheta℞ vaticinātiū mendaciū, & prophetantium seductiones cordis sui? Veritate quocirca totum condias sermonis tui cursum. Memineris euangelicæ censuræ: Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Mentiantur, fingant ac refingant poetæ & histriones, nos contra loquamur veritatem cum proximo nostro, multo autem maxime tota coram multitudine. Nolo (inquit Hiero.) te declamatorem esse & rabulam, garrulumq; sine rōne, sed mysteriorum peritum, et sacramentorum dei eruditissimum. Verba voluere & celeritate dicēdi apd̄ imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Attrita frons interpretatur sæpe quod nescit, & cum alijs persuaserit sæpe sibi vsurpat sciētiam: Hactenus ille. Officij igitur concionatoris sit, ab hoc vitio procul abesse, quo multi misere diuexantur, qui quicqd in buccam venerit quālibet vanum, quālibet insulsum, quamuis confictum, ipsis suis cō

tionibus inserunt, effutiũt, Si quid in tonstrinis loquaculus, in ganycis garrula anus, in naui bus vilissimus scorra, aut literarum portitor, qbus cognata est mentiendi licentia, ineptius effundant, id sine vllo iudicio ad se arripiunt, & ceu ex Delphis profectum, plebeculę indoctæ, renarrant. Quibus iustius sues, quam homines commiseris. Hac scabie fœtent, & qui rumusculos de bellis, de portentis alicubi cęlitus immissis, de futura syderum coniunctione, de vicissitudine temperum quæ pater ĩ sua potestate constituit, comminiscuntur, vt populis nõ amorẽ diuini nominis, sed vanissimum timorẽ incutiãt. Hinc lachrymę muliercularum, hinc suspiria, hinc pectoris concussio. Hũcq; pręconem miris efferũt laudibus, huic euge euge acclamitant, huic stipem, census, ad summum, quicquid est suppellectilis, imperciunt. Quem tamen interim inter suos vix Christus agnoscit. Tanta enim est multorum autoritas dicam an potius impudentia: vt quicquid dixerint oraculi vice haberi velint, nec vllus hic habetur veritatis delectus. Nam penes hos est, si dijs placet, etiamnum in circulum redigendi veritatem facultas. Nemo in se putet dici, qđ in genere narratur. Audiui a fide dignis, quendam pro suggesto, & in plena concione Clamatorem, lapsus sum, dicere volui verbi dei Pręconem (dum de lustrica confessione multa interim ineptiret, quæ magis huic obessent, q̃ prodessent, magisque hanc infirmarent, quam roborarent (tandem concludentẽ totius loquacitatis suæ tragœdiam, intulisse. Neminem pos-

se, sub periculo damnationis æternæ, sine sui parochi nutu alteri peccata sua detegere, quod id iure pontificio, videlicet. c. omnis vtriusque sexus vetatur. Quid putas lector Lutherani hu ic obijcerent? Imo quid papa quid pontifices ipsi, quid horum fungentes vicem? Ad hunc Reuerendissimus Coloniensis Archiepiscopus confugiat oportet, si cui velit absolutionis mu nus impartiri. Hallucinatus est miser in nomē clatura proprij sacerdotis, quam ad se solum cęcitate percussus autumat pertinere. Quando interim ad omnes pertinet, quibus a summo pontifice id muneris obtigit etiamnum ad Mendicantes, quos vocant, fratres. Arcendi essent eiusmodi nebulones a Concionibus, quandoquidem plus destruunt fidei nostræ partes, quam promouent, atq; proinde horum impudentia fit, vt parum admodum aduersus hæreticos proficiamus. Examinandi essent a Magistratu ecclesiastico, quid de fide, quid de sacramentis, quid de ecclesiæ constitutionibus, de cęteris deniq; obseruantijs receptissimis, sentirēt, ac tum demum vel admittendi vel repudiandi. Qui enim publicitus tam fœdis mendacijs CHRISTI commaculare oues audent, quę in secreto agunt, turpius est dicere, inquit Paulus, vt videlicet locum haberet christiana modestia. Legitimi Concionatoris partium sunt, vt si quando in se indignatos senserit auditorum animos, rar⁹ enim est, qui omnibus placeat, mox alio diuertat sermonem, nō opprobret iam adiratis, & succensis, sed leniat, demulceat, sequaturque Paulum. Placete, inquit omni

bus sicut & ego placeo. Qui & alicui sese hominum accommodat moribus sed citra leuitatem dicens: Hebræi sunt & ego. Semen abrahæ sunt & ego. Et iterum: Cum essem liber me omnium seruum feci, nimirum vt omnes lucri faciam CHRISTO. Contra faciunt complusculi, qui vbi excanduisse aduersus esse plebeculam persenserint, exclamant fortius, nihilque nisi verbi dei interitum, & sui contemptum reportant. At, inquies, Nun Christus in sa nos Pharisæos destitit monere quæ recta erant ob incandescentiam, iram, & indignationem Bona verba. Si tibi ea vis quæ CHRISTO persuadendi inque tuas & euangelij partes trahendi adest, non reclamo, vtere libere. Alioqui sin homo es, necdum adeo instructus vt auersos imo in seditionem aliquoties propensos vi quadam orationis, sedes, places, atque a suis ausibus reuoces, modestius incede, ac blandius. Cessent voces arrogantiæ, cessent minę. Pone iram, & mentem concitatam. Alioqui & te, & alios vno atque altero verbo in furorē concitabis. Expertus loquor. Noli scriptorum meorum exigere causas, ipse tu perpendito, quam parum his votis ptofectum sit hactenus. Conueniet aliquoties clerum latio commonefacere sermone, vt abusus tollat, quos tam male tolerat mundus, ut seipsum ad euāgelij amussim corrigat, in quos omnes reijciunt horum tumultuum causas, quāquam non in hos solum sed in omnes reijciat CHRISTVS: Qui sine peccato est vestrum primus in eum lapidem mittat. Si aduersus hæreticos agitur nego-

tium, si potes vince mansuetudine, sin pertinaciores existunt, vt sunt plerique omnes, fortiter exclama. Nihil cum ijs sit tibi commune qui & Christum & fidem auferre contendunt, qui agnitæ veritati tam procaciter repugnãt. Porro & id obseruandum, ne quem ob immodicas expensas graues, ne euangelium ad quæstum exponas, cui in diem p̄cipitur viuere. Nolite, inquit Christus solliciti esse de crastino, sufficiat diei malitia sua. Eximitur hic euangelicis concionatoribus cuiuslibet rei secularis inanis, & anxia cura, qua mundus adeo torquetur, adeo distenditur, vt æterna illa ac summa bona, posteriore ducat loco, nihiliq; faciat ea q̃ maximi facienda. Ve℞ hæc vtcunq; admirentur qui caducis inhiant rebus, qui per maria perq; terras, perq; extrema pericula & uiarum & latronum, acquirendis possessionib⁹ incumbunt: qui ab euangelio sunt, solum id curent, quanta opera possunt, vt frugali cibo cõtenti, ea quibus animæ saginantur principe loco ducant. Prouidit euangelium, vt qui altario seruiunt, de altari & viuant, maxime vero qui laborant in verbo et doctrina. Et qui sacris mysterijs interdiu assistunt. Alioqui qui audes stipem altaris exigere, q tã procul ab hui⁹ officio abes, vt ne nomen sacerdotis defendere queas. Non enim mimis, non Histrionib. ecclesia Christi reseruat thesaurũ, sed aurum habet vt pauperibus succurrat, vt qui huius seruitijs incũbunt, elargiatur vnde viuant, vt sarta tecta domus dei instauret. Deinde habet & decimas, & pensiones annuas, non tam humano,

ꝙ diuino iure debitas:has ita exiget,vt non iã sua,sed potissimũ quæ dei sunt,spectet, vt priuatam vtilitatem publicis cõmodis non præferat. Imitetur qui docet ignauam multitudinẽ,Paulum,cui quãꝗ merces victusq; ex euãgelica sanctione deberet,noluit tamen vlli hominum generi negotium facere : noluit,quanꝗ omnis supellectilis premeretur inopia, quoslibet grauari, ne vel pseudapostoli ansam obtrectandi,similiaq; tentandi vllam arriperent,ut solebant ferocius omnia quæ veris ministris iure optimo debebantur, ad sua torquere cõmoda,vel cælestem philosophiam, quæ terreã pes sundat, ad quæstum adeoq; ad humanos affectus deijcere. Eo factum, vt quãq; id quod alias apertius testatur, vsq; in hanc horã & esurimus & sitimus et nudi sumus,in diem viueret; commeritum tamen stipendium exigeret minime,sed vel ab ijs emẽdicaret, qui vltro suapte q; sponte offerebant,vel ipse sibi suisipsius manibus necessarium victum pararet. Noluit em̃ ob res tam nihili suum officium dehonestare.

Atq; vtinam id exempli tã multi re ipsa ęmularentur,ꝗ iactant se Paulinæ doctrinæ professores.Sunt em̃ quos omnibus conatibus id spectare dixeris,vt sua marsupia per fas perq; nefas repleant. Alij mox vbi suggestum conscenderint,expostulant cũ subditis, queruntur refrigescere charitatem,si suo luxui nonnihil ademptum sit. Alij rursus mendicitatem incertã professi & polliciti( vt pontificij iuris uerbis vtar) huiusq; pretextu terras omnes,ciuitates,vicusq; perambulant,non quo habentes victum &

amictum ĳs contenti ſint, ſed quo multis ſecularibus ditiores euadant, & q̃licentiſſime viuant. Queruntur pauperiem, & Crœſi Midęq; opes ſuperant. Lugent menſæ frugalitatem, & Epicureis Sybaritisq; ſplendidius epulant̃. Iactant monaſticen & priuatam vitam, adeoq; ſolitariam, & Ardelionum inſtar vrbibus, caſtris, deinde & aulicis tumultibus ſeſe ineptiſſime inſinuant. Itaq; ſpectaculum ſunt, de malis loquor, bonis minime offenſis, non iam ædificationis, ſed deſtructionis deo, mundo, hominibus, & angelis. Quis enim hos non ridet? Quis non monſtrat digito? Quis non ad horum ingreſſum ſtupet? Atqui tam cæci ſumus miſeri, vt ridentem nos mundum, adeoq; exibilantem ipſi vitare non poſſimus. Non exiſtimes lector, vt eos ſubinde damnem, qui ob euãgelĳ functionem per ciuitates, perq; regna cũ apoſtolis peruagãtur, quandoquidẽ id iuſſiſſe Chriſtum iam receptũ eſt, ſiquidem ĳ ſuo perfungantur officio oportet, neceſſitas illis cum Paulo incumbit, verum eorum mihi vitæ licentia, ac viuendi corruptiſſima conſuetudo, non probatur', qui præter ſua commoda nihil ſpectant, qui non hoc quærunt, quo multos lucrifaciant Chriſto, ſed quo ipſi q̃ effœminatiſſime diſcurrãt. Quos ſi quando taxo, non id ago, vt ſuum honorem Chriſti ſacerdotibus minuã, ſed vt inſtituti proprĳ, vt doctrinæ Chriſtianæ, vt tãtis titulis commonefaciã nos oẽs. Poſtremo, vt tandem receptui canam, quiſquis es qui vtiliter docere populum inſtituiſti, id in animum inducas, vt non tuam gloriam, ſed Chriſti om̃i



bus in rebus spectes: nolo tibi id mali, q̃d multos diuexat misere, imponat, vt si quando plures auditores habeas, si vndique turbæ sese tuis concionibus circumfundant, tum sibi herbam mox porrigi volunt, cedere nemini. Iactant q̃ties ad lachrymas mulierculas, quæ varijs ducunt affectibus cõcitauerint, quoties vno die, quanta cum admiratiõe nobilium, patritiorũ, insuper & totius plebis in tanto hominum cœtu perorauerint: obliti videlicet doctrinæ, cui docẽdæ addicti sunt: Cũ oĩa bñ feceritis quæ p̃cepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus, quod debuimus facere, id nõ fecimus. Nõ tibi arroges miser, quoties, q̃to cum applausu populi, qui sæpicule iudicio fallitur, declamaueris, sed si quas lucrifecisti Chr̃o aĩas, illi feras acceptum, illi deputes. Illius opus est, huic gloria & laus & gratiarum actio in seculorum secula. Valete Christianæ phĩæ concionatores optimi, fratresq; in Christo Iesu charissimi, & mea studia, meosq; quos ob dei solius gloriam obiui hactenus labores, vestris orationibus iuuare non desistite. Ita enim fiet vt sermo dei nõ sit inanis, vt ostium & mihi & vobis aperiat, sicq; tandem dignabimur corona, quã suis militibus Christ⁹ dux noster atq; magister in promissis reposuit. Coloniæ anno M.D.XXIX. Quarto Idus Iunij.

Adsit sui verbi præconibus doctor noster Christus.

